IN MATERIAM FIDEICOMMISSARIAM EPITOME.

FRANCISCI MARZARII VICENTINI IVRISCONSVLTI, AC IN ROT. GENVEN. BONONIEN. FLORENTINA QVONDAM AVDITORIS INTEGERRIMI.



PARMAE,
Apud Seth Viottum.
M D LXX.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

SIMONI CASSOLAE
CANONICO PARMENSI I. V. D.
PHILOSOPHO, LATINE, GRAECE,
HEBRAICEQ. EGREGIE
ERVDITO,
ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. CARD.
SFORTIAE PAR. EPISCOPI
APVD PARMEN. IPSOS
VICARIO,

Seth Viottus S. P. D.

CVM omnia, SIMON CASSOLA *ſapientiſſime, quæ a* DEO *Opt. Max. hominum generi donata ſunt, excellere, ac præſtantia eſſe, recte omnes putamus; quod ab auctore omnium optimo, ac perfectiſſimo ſint profecta: tum vero illud etiam recte, vel potius rectiſſime exiſtimamus, in ijs alia eſſe, quæ alijs dignitate, ac ſplendore antepo-ni iure debeant. Sed hæc, quæ ſint, licet pro vario hominum ſenſu non ſatis adhuc liqueat; cum alij diuitias, alij generis nobilitatem, alij alia, vt quid cuiq; libet, præponant: ego tamen eorum ſententiam, qui virtutem, quod eximia, quod admirabilis, quodq́; æterna ſit, ceteris præferendam eſſe ſtatuerunt; & probaui ſemper, & mihi in omni vita ſequendam eſſe duxi. Ex quo factum eſt, vt, cum ita ſentirem non potuerim ſemper, non & virtutem ipſam, vt rerum omnium, quas à* DEO *habemus, præſtantiſſimam diligere: & ad eos, in quibus aliquod eius lumen eluceret, colendos, obſeruandosq́; toto animo, ac ſtudio propendere. Ex quibus vnum te eſſe, eumq́; præcipuum, quod præſtantiſſimarum artium, quibus ornatus es, numero iure videaris omnibus anteferendus, velim tibi perſuadeas. Nam, vt omittam ea, quæ externa dicuntur, fortunæ, ac corporis bona; quæ tu, licet eis non egeas, vel abundes potius, contra, ac pleriq; faciunt, in minimis habenda eſſe exiſtimas; idq́; recte ſane: ac ſapienter: quoniã*

hæc quamuis plurima ſint, addita etiam generis nobilitate: cum tamen cui, adſunt, laudabilem numquam efficiunt; ſæpe etiam turpem, ſi inſipienti, atq; his ipſis abutenti contingant. Vt hæc, inquam, omittam; quæ ratio, quæ cauſa eſt, cur non confiteamur te, non modo ciues tuos omnes virtute excultos longe virtutum, & genere, & numero ſuperare; ſed quicunq; vbiq; ſint, eos facile, dum ita omnino excellis, vel adæquare, vel fortaſſe etiam anteire? Nam, vt multos reperias præſtantes, alium Iuriſprudentiæ cognitione, alium philoſophiæ ſcientia, alium vel latina, vel græca, vel hebraica lingua, alium alia re; vbi quæſo, videas, qui, tribus hiſce iam egregie memoria, ſcientiaq; perceptis, & quartam, quæ chaldaica eſt, cogitet, vel potius iam aggreſſus ſit: &, quas modo nominaui facultates, iuris prudentiam, & philoſophiam, licet maxime inter ſe diuerſas, ita excoluerit, vt optatum in eis apicem, quem doctoratum appellant, feliciſſime ſit conſecutus? Mitto oratoriam, mitto poeticam facultatem, quæ vtraq; quàm ſumma in te ſit, dubitent, qui te ignorant, nobis certe dubitare non licet, qui te ſcimus partim hic, partim alibi multis & Cardinalibus, & Epiſcopis, aliiſq; præſtantibus, eruditiſq; viris præſentibus præclare, & tua ſumma cum laude munere oratorio ſæpiſſime functum eſſe. De poetica vero teſtes ſunt complures præſtantiſſimi viri, in quorum laudem multa hoc genere compoſuiſti; quibus, quanta ſit in hac quoq; parte ingenij tui vis, quæ antiquis vix, recentioribus autem ne vix quidem concedat, facile apparet. Quid? vnum tibi adhuc deeſt ad ſummum decus, ipſum quoq; ſummum, atq; ampliſſimum, illud autem eſt, vt in theologorum collegium cooptere. Quo quin te tua illa, illa inquam tua egregia virtus, quæ ad ceteros honores tibi aditũ aperuit, quaſi manu prehenſum poſthac, & quidem breui, deducat, nemo mehercule, qui tuam induſtriam norit, nemo, mihi crede, dubitat. cum plane conſtet, te, quod ad facultatem hanc comparandam neceſſarium eſt temporis, illud totum in ea excolenda præclare omnino, ac laudabiliter conſumpſiſſe. Itaq; breui hanc quoq; tibi, vt ſpero, gratulabimur dignitatem, eoq; magis, quo maiore honore, ac laude ſuperioribus antecedit, ac præſtat. Sed hæc de virtutibus tuis, pauciora etiam, quam vel ipſarum eſt numerus, vel earundem laude dignum eſſet. Quid autem de moribus dicam? id ſane, quod res eſt, te (vt omittam pietatem in DEVM, *quæ a maiorum noſtrorum forma, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ præſcripto, ne latum quidem vnguem diſcedit) te ſcilicet, cum talis, ac tantus ſis, non minus hac ratione laudabilem, atq; admiratione dignum eſſe, quam virtutum cauſa. quod, cum multi hodie ſint, nulla omnino ex parte tibi conferendi; qui, quod ſcientiam aliquam vix, vt aiunt a limine ſalutauerint, ſeſe inhumanos, ac duros præſtent, ac ceteros ſæpe aſpernentur: tu tamen is es, qui, cum tantus ſis, nemini te ipſe, quod vere ſapientis, ac boni viri eſt, præferas; nemini te durum, ac difficilem præbeas, quin etiam in omni re, ac ſermone tanta cum omnibus benignitate, tanta facilitate,*

ac comitate

ac comitate vtaris, vt iam non æqui ſolum, ſed vel iniqui ipſi te diligant; quodq́; omnium difficillimum eſt, omnibus æque placeas, ac carus ſis. Quo me hercule ab ALEXANDRO *Sfortia, Cardinale noſtro, ſapientiſſimo viro, ſapientiſſime factum eſt, cum te virum talem vel moribus, & vita optimum, ac probatiſſimum; vel virtutum ſplendore clariſſimum, bis iam voluerit, vicē ſuam, Vicarij titulo, ius in epiſcopatu hoc ſuo adminiſtrare. Quo in munere quem te præſtes: nemo ignorat, quandoquidem &, qui te adeunt; &, qui eoſdem de te, de prudentia, de æquitate, de ceteris partibus tuis ſumma omnia prædicantes; audiunt, omnes vno plane ore omni laudum genere ad cęlum extollant. Quæ res ſane effecit, vt ego quoq;, cum te, virum, his de cauſis plane diuinum, admirarer, ac diligerem; vnum aliquod optauerim aliquando propenſæ in te meæ voluntatis ſignum, ac teſtimonium apparere. Cuius rei occaſionem hanc in præſentia, dum meliorem nanciſcar, arripiendam putaui, vt, cum Franciſci Marzarij Vicentini, viri præſtantis, Epitomen in materiam Fideicommiſſariam typis meis excuſſam, emittere vellem, id opus tibi potiſſimum ex omni numero inſcriberem, ac dicarem. Quod etſi leue eſt beneuolentiæ, obſeruantiæq́; in te meæ argumentum: tu tamen ne me, quæſo, ex rei leuitate; ſed ex animo, qui maior eſt, quam vt vllo genere exprimi poſſit, perpendas; ac tibi, tuiſq́; virtutibus deditiſſimum & eſſe, & fore exiſtimes. Vale.*

Digitized by Google

ELENCHVS

PRIMA PARS.

PRAEFATIVNCVLA *in fideicōmiſſariam materiam tripertitam.pag.* 1.

Forma fideicommiſſi. 1.

SECVNDA PARS.

PRAEFATIO *de ſignificatione verbi fideicommiſſi, eiuſq; origine.pag.* 5.

PRIMA *Quæſtio, An fideicommiſſa cenſeantur fauorabilia, vel odioſa: vtilitas huius quæſtionis eſt maxima, vt ſciant Iudices an in dubio ſit iudicandum pro fideicommiſſo, vel contra fideicommiſſum.* 6.

2 *Q. An in contractibus inter viuos conſtitui poſſit fideicom.* 9.

3 *Q. An prælegata facta alicui ex hæredibus inſtitutis, intelligantur comprehenſa in fideicommiſſo vniuerſali ſubſequenti.* 10.

4 *Q. An illud verbum, Suis, ex mente teſtatoris verificetur in omnibus bonis, quæ ipſe tenebat, & poſſidebat; vt cenſeatur voluiſſe, & ſenſiſſe de omnibus ipſis bonis diſponere, eſto quòd forſan eſſent tantùm ſua durante vita, vt Emphyteotica feudalia, fideicom. & ſimilia.* 12.

5 *Q. An mobilia, & ſe mouentia, pecuniæ, merces, fructus, & ſimilia, veniant in reſtitutione fideicommiſſaria. Et generaliter appellatione mobilium in legato, quæ veniant.* 13.

6 *Q. An in reſtitutione fideicommiſſaria veniant bona, quæ teſtator vendiderat cum pacto retrouendendi intra certum terminum, ſi poſt eius mortem hæres grauatus redemit dicta bona, vel ipſe hæres dicta bona poſſit pro ſe retinere, reſtituente pretium fideicommiſſario, ſeu teneatur reſtituere ipſa bona etiam ſine retentione pretij ſoluti in redemptione. Et an præſumatur hæredem redemiſſe de proprijs pecunijs.* 14.

7 *Q. An ſubſtitutio facta in bonis immobilibus procedat etiam in pecunijs ex fundis receptis, & ad fundos deſtinatis. Et an hæres, qui ex ordine teſtatoris poterat certam rem alienare pro debito ſoluendo, ſi illud de ſuo ſoluit, poſſit rem pro ſe retinere, vel ad ſuos hæredes tranſmittere; an verò debeat res talis ad ſubſtitutum peruenire.* 15.

8 *Q. An hæres conſolidauit ius vtile emphyteoticum, ſeu liuellarium, cum directo hæreditario ob acquiſitionem per eum factam ab emphyteota, dictum vtile dominium tranſeat ſimul cum directo ad fideicommiſſariū, ſi velit ipſe fideicom. reſtituere pretium hæredi inuito. An verò hæres ipſe poſſit dicere velle remanere Emphyteotam loco primi.* 15.

9 Q.

9 *Q. An ſi heres grauatus conſolidauit proprietatem cum iure vtili acquirendo proprietatem à domino directo, in reſtitutione fideicommiſſi veniat etiã dicta proprietas: vel heres poſſit dicere velle remanere dominũ directũ, & habere fideicõmiſſarium pro emphyteota, & liuellario.* 16.

10 *Q. An teſtator poſſit facere fideicommiſſum, & prohibere alienationẽ bonorum emphyteoticorum, & liuellariorum, ideſt, quæ ipſe tenebat ad liuellum.* 16.

11 *Q. An ſi non eſſent addita illa verba, Et in vniuſcuiuſq; portione: illa verba, Poſt eorum mortem, reſoluerentur in ſingularitates: ac ſi dixiſſet, Poſt vniuſcuiuſque mortem, &c.* 17.

12 *Q. An ſi teſtator non addidiſſet illa verba, Vulgariter, & per fideicom. propter illa verba, Poſt eorum mortem, &c. filij filiorum inſtitutorum intelligerentur ſubſtituti eorum patribus ſolùm per vulgarem ſubſtitutionem, vel etiam per fideicommiſſum.* 17.

13 *Q. An ſi teſtator vocauit etiam filios naſcituros, & poſt eorum mortem ſubſtituit, verificetur ſubſtitio filijs non natis.* 18.

14 *Q. An fideicom. extendatur vltra decimum gradum. Et an ſubſtituto proximiore de familia, intelligatur ſolùm de primo admiſſo.* 19.

15 *Q. Quid operentur illa verba, Actiuè, & paſſiuè: apud veteres Iuriſconſultos non reperta.* 20.

16 *Q. De effectu illorum verborum, Ordine ſucceſſiuo.* 21.

17 *Q. An in fideicommiſſo appellatione filiorum veniant nepotes.* 22.

18 *Q. An in fideicom. filius intret in locum, & gradum patris.* 23.

19 *Q. Teſtator ſuperius prouidit de fideicommiſſo inter omnes eius filios liberos, & deſcendentes vniuſcuiuſque filiorum inſtitutorum, hic autem prouidit etiam de fideicommiſſo reciproco inter ipſos omnes fratres, eorumq; filios liberos, & deſcendentes: ſed quid ſi expreſſè non feciſſet mentionem de filiorum filijs, &c. An fideicommiſſum iniunctum filio decedenti ſine filijs, extendatur etiam, vt cenſeatur iniunctum ipſi nepoti, ſub conditione ſine filijs decedenti.* 23.

20 *Q. An filij, liberi, & deſcendentes poſiti in conditione intelligantur vocati diſpoſitiuè ad fideicommiſſum.* 25.

21 *Q. An quando teſtator excluſit proprias filias ab vniuerſali inſtitutione, eas tantùm dotando, prout fit communiter; & filios maſculos vniuerſales hæredes inſtituendo; verbum, Sine filijs, poſitum in conditione, intelligatur de maſculis tantùm.* 26.

22 *Q. An ad hoc, vt inducatur ſubiecto reciproca, requirantur duo copulatiuè, quòd fiat ſubſtitutio vltimo morienti, & in tota hæreditate.* 28.

23 *Q. Quid importent illa verba, Quandocunq; non extarent, vel non ſupereſſent filij, &c.* 28.

24 Q.

24 *Q. An illa verba, Tunc & eo caſu, ſint adeò ſui natura reſtrictiua, & laxatiua, vt excludant alium caſum non expreſſum.* 28.

25 *Q. An caducata aliqua ſubſtitutione admittatur ille, qui alicui ſubſtituto fuit ſubſtitutus.* 29.

26 *Q. An in hac materia valeat argumentum, Teſtator grauauit deſcendẽtes, ergo cenſeatur grauaſſe ſimiliter tranſuerſales.* 29.

27 *Q. Quid importent illa verba, Quoniam hac fuit, & eſt firma, & clara ipſius teſtatoris intentio, ac voluntas, &c.* 30.

28 *Q. Si teſtator, poſt inſtitutionem hæredum, dixiſſet ſimpliciter, & omnia bona ſua voluit ſubiacere fideicommiſſo, quem effectum nducerent illa verba.* 30.

29 *Q. Prudens teſtator prouidit tollere occaſionem litium inter eius deſcendentes, & agnatos; an ita erit.* 31.

30 *Q. An legitimatus excludat ſubſtitutum. Et de legitimatione per ſubſequens matrimonium, & quando mulier eſt vilis cõditionis reſpectu viri: et quãdo agitur de ſucceſſione bonorũ exiſtẽtiũ extra terras eccleſię.* 31.

31 *Q. Teſtator declarauit, quòd Monaſterium, vel Eccleſia tam in conditione, quàm in vocatione non inteligatur eſſe loco filij, an potuerit ita prouidere.* 34.

32 *Q. De effectu huius clauſulæ, Seruata gradus prærogatiua.* 35.

33 *Q. An ſupraſcripta clauſula aliàs operaretur etiam reſpectu aſcendentis, & patrui.* 35.

34 *Q. An poſſint ſtare ſimul clauſulæ, Gradus prerogatiua, et in ſtirpes.* 36.

35 *Q. An aliàs attẽdi debeat ꝓximitas reſpectu teſtatoris, vel grauati.* 36.

36 *Q. An aliàs in reſtitutione fideicommiſſaria veniant etiam portiones ab alijs obuentæ.* 38.

37 *Q. Quid operetur huiuſmodi prohibitio alienandi expreſſa à teſtatore, cùm ab ipſa lege inducatur prohibitio alienãdi iuxta l. fin. & authent. Res quæ C. comm. de legat.* 38.

38 *Q. An intelligatur prohibita locatio ad quinquennium: & de emphyteoſi, & ſimilibus.* 39.

39 *Q. An aliàs intelligeretur prohibita permutatio.* 39.

40 *Q. An bona prohibita alienari, poſſint nihilominus alienari ex cauſa neceſſitatis ſuæ.* 39.

41 *Q. Si teſtator permitteret expreſſè alienationem pro ſuis neceſſitatibus, quid inportarent illa verba.* 40.

42 *Q. An aliàs ſub prohibitione alienandi extra familiam comprehendatur heredis inſtitutio, vel ab inteſtato ſucceſſio eius qui nõ ſit de familia.* 41.

43 *Q. An in prohibitione, & fideicommiſſo vocante familiam, domum, &c. veniant filiæ, vel ſorores nondum nuptæ, vel etiam nuptæ.* 43.

44 Q.

44 Q. An ex prohibitione alienandi extra familiam reſultaret ſimplex fidei commiſſum. Et an ſi teſtator ordinauit, quòd aliqui dictorum filiorum non poſſint alienare, donec erunt intra ætatem xxxiij. annorum: & elapſo ipſo tempore annor. xxxiij. dicti filij poſſint de dictis bonis facere prout placuerit, fideicommiſſum præcedens quandocunq; aliquis filiorũ deceſſerit ſine filijs; limitetur vt procedat ante ætatem xxxiij. annorum Item, & poſtea caſu quo filij non alienarent. 44.

45 Q. Quid importent ſupraſcripta verba, Seu ad aliquem actum alienandi deuenirent. Et de verbis, Caſu quo alienaret, vel, Adueniente caſu alienationis. Et de Hoſpitali, vel Eccleſia probè facientibus, ſi bona, ad quæ vocatur in pœnam, redderent, & cæderent. Et an aduerſus pœnam alienantis detur reſtitutio in integrum. 45.

46 Q. An hæres alienantis poſſit vendicare bona fidecommiſſaria alienata: & quando fecit inuentarium: & cui incumbat onus probandi, quòd extint tot alia bona æquiualentia: & quando agens mallet teneri de euictione: & de alijs quæſtionibus acceſſorijs. 46.

47 Q. An valeat expreſſa prouiſio, quòd bona non tranſeat ad Fiſcum. 49.

48 Q. An teſtator poſſit prohibere expreſsè alienationem etiam ex cauſa dotium conſtituendarum, vel reſtituendarum. Et an authent. Res quæ. procedat in dote reddenda habita poſt mortem teſtatoris. Et an onus probandi non extare alia bona libera incumbat prætendenti diminuere fideicom. Et an d. authent. procedat quando teſtator expreſsè prouidit de dotibus, vel nihilominus reſtringatur quando in ſubſidium tantùm. Et an ſi poſt prouiſionem, vel legatum dotium, taxata certa quantitate, & ſumma, antequam fiant nuptiæ, ex varietate temporum (vt experientia oſtendit) dotes creuerint, poſſit fieri diminutio pro nubendis fœminis: & de alijs quæſt. acceſſorijs. 50.

49 Q. An trebellianica poſſit prohiberi in filijs primi gradus: & an veleat mandatum teſtatoris de reſtituendis fructibns: & fideicommiſſarius detrahat trebellianica, & de alijs quæſt. acceſſorijs. 54.

50 Q. Teſtator noſter prouidit enixè contra detractionem legitimæ an valeat huiuſmodi prouiſio. 58.

51 Q. Præſuppoſito, quòd eſſet locus detractioni legitimæ, an in noſtro thete, cùm ſint ſex filij, legitima cũ trebel. poſſit trãſcendere ſemiſſem. 59.

52 Q. Quid operetur clauſula ſupraſcripta, quæ omnia fideicõmiſſa expreſsè in omnibus, & per omnia laudauit, & ratificauit. 60.

53 Q. An huiuſmodi teſtatoris inuentarium facit probationem futuris temporibus in iudicio. 60.

54 Q. An hæres ipſe grauatus teneatur facere inuentarium, & de iuramento in litem: & de dicto inuentario faciente probationem. 61.

Tertia pars.

ELENCHVS.

TERTIA PARS.

FORMA libelli. 61.

Plura de modis libellandi. 62.

Et de poſſeſſorio ex.l.fin.C.de edi.diui Adrian. ſtantibus ſtatutis Paduæ & Vicentiæ, & laudabili conſuetudine Veneta. 63.

55 Q. Qualiter, & quomodo ſit probanda filiatio, fraternitas, parentela, conſanguinitas, &c. maximè in antiquis. 64.

56 Q. Si non apparet publicum inſtrumentum abſq; oppoſitione, quomodo poſſit fieri probatio fideicommiſſi. 65.

57 Q. Quid opus fuerit verbis ſupraſcriptis, Et hæreditati paternæ ſe immiſcuit, &c. Et quando fideicommiſſarius ageret contra præcedentem fideicommiſſarium. 65.

58 Q. An ex diuiſione facta inter ipſos fratres probari poſſit, quòd bona diuiſa fuerint de bonis, & hæreditate teſtatoris, qui fecit fideicommiſſum, præſuppoſito, quòd nullum inuentarium confectum eſſet per teſtatorem vel hæredem, iuxta dicta ſuperius.q.53.54. Et an ſi vni ex fratribus in diuiſionem obuenerunt bona ſubiecta fideicommiſſo, & alteri bona alia libera; poſſet ille, cui obuenerunt bona ſubiecta fideicom.reſcindere diuiſionem ſic factam, & de hoc conqueri. 66.

59 Q. An ex diuiſione ſecuta inter fratres, & cohæredes cenſeatur remiſſum reciprocum fideicom.conditionale, & de alijs qq.acceſſorijs. 67.

60 Q. An ſit neceſſarium probare de dominio, vel quaſi teſtatoris. Et de probatione, quòd bona remanſerint in bonis. & hæreditate teſtatoris, per famam, in antiquis. 68.

61 Q. An fideicommiſſarius conditionalis agere poſſit, vt condemnetur reus ad ſibi reſtituendum, & relaxandum, eueniente caſu. Et an poſſit petere inhiberi hæredi ne alienet: & de proteſtatione volentibus emere. 70.

62 Q. An Super quo ſit fundata concluſio noſtri libelli, quare prænominati comparentes petunt condemnari, &c. 71.

63 Q. A quo tempore fideicommiſſarius conſequatur in effectu fructus, & de penſionibus: & quomodo poſſit probari tot fructus eſſe perceptos, vel tot percipi potuiſſe. 71.

74 Q. Quid operetur ſupraſcr.clauſula, Detractis tamen, ſi quæ venient. 72.

65 Q. De exemplis detractionum, quæ veniant de iure faciendæ, & in ſpecie de melioramentis: & an attendi debeat tampus reſtitutionis faciendæ, quantum valeant melioramenta, non autem quantum ſit impenſum ad lucrum, & commodum impendentis. 72.

66 Q. An in executione detur retentio propter melioramenta allegata, vel

ſit

ſit facienda relaxatio, ſaluo iure pro dictis melioramentis. Et de cautela intimandi, & proteſtandi emptori ne facit melioramenta, &c. 74.

67 Q. An expenſæ factæ in litigando veniant detrahendæ. 75.

Forma Sententiæ. 76.

Pauca de forma ſententiandi. 77.

68 D. An ſit neceſſaria ſupraſcripta declaratio, Eueniſſe caſum prædicti fideicommiſſi. 77.

69 Q. Super quo ſit fundata concluſio noſtræ ſententiæ, Ad reſtituendum, &c. 78.

De fructibus remiſſio ad dicta ſuperius poſt libellum. q. 62. 78.

70 Q. An valeat huiuſmodi ſententia incerta, & reſeruatoria: Deducta tamen deducendis in executione, &c. 78.

71 Q. An fieri poſſit executio ſententiæ reſeruatoriæ. 79.

72 Q. An ſententia lata contra hæredem noceat fideicommiſſario. 80.

Et de tranſactione. 81.

Et de compromiſſo. 81.

Et de tranſanctione, & compromiſſo fideicommiſſarij. 81.

Et de compromiſſo ſuper re ſubiecta fideicommiſſo inter propinquos ſtante ſtatuto. 81.

Et de inſtantia an tranſeat in fideicommiſſarium. 81.

Et quòd non poſſit peti compromiſſum ſuper cauſa poſtulatæ executionis fideicommiſſorum iuxta ſtatutum Florentinum fideicommiſſis fauorabile, & quòd fideicommiſſa executionem, & effectum fauorabilem omni iure, & vbiq; locorum habere debeat: & quo pacto Princeps, vel ciuitas habens iura principis, valeat tollere, aut mutare teſtatoris voluntatem, quoad fideicommiſſa, aut maioratus. 81.

PRIMA PARS

DEI OPT. MAX. NOM. INV.

Tractaturus breuiter materiam fideicommiſſariam, qua in toto iure nulla fuit plenius à veteribus illis Iuriſconſ. tacta: & qua in forenſi vſu noſtris temporibus nulla eſt magis verſata, formam fideicommiſſi præponam, deindè iungam interpretationem, poſtremò ſubtexam fideicommiſſi actionem. Igitur aggrediendo ad primam partem formabo fideicommiſſum huiuſcemodi, videlicet.

IN CHRISTI NOMINE, ETC.

CONSTAT, ſicut Chriſtiana Religione firmiter tenemus, Hominem ad DEI imaginem per animæ infuſionem creatum eſſe, teſtante diuino verbo, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Et quia homini diutius ſupereſſe non licet, mors omnium actionum vltima ſolutionem quandam cum horrore mortalibus tribuit: Nec tamen illis horrori eſſe debet, qui ſpretis mundanis illecebris in virtute ipſa, & in bonis moribus vitam duxere: cùm perturbationum omnium, & laborum mors ipſa finis exiſtat, & ad quietem commigratio, faciatq; vt qui piè, ac virtuoſè vixere; benè actæ vitæ præmia conſequantur. Ea propter. H. ſanus, DEI gratia, mente, & corpore; & de ſuo fine cogitans, animaduertenſq; habere, & poſſidere facultates, partim ab eius progenitoribus, & agnatis ſibi obuentas; partim eius induſtria (abſque tamen alicuius iniuria) partas, & auctas: Cupienſq; ſummopere dignitatem familiæ ſuæ conſeruari, atq; augeri, matura animi deliberatione cõſtituit præſens nuncupatiuum condere teſtamentum: & ſequendo veſtigia ſuorum maiorum, facultates ſuas ſolenni, & ſtrictiſſimo fideicommiſſo in filios, liberos, & deſcendentes maſculos ſupponere, Ac in perpetuũ

in ipſa familia ſua conſeruare: cùm planè cognoſcat familiarum dignitatem per diuitias ſuſtentari, & per inopiam collabi, & perire. Igitur in primis animam ſuam, &c.

In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, ſe mouentibus, immobilibus, iuribus, & actionibus, & generis cuiuſcunq; præſentibus, & futuris ſunt vniuerſales hæredes inſtituit, & eſſe voluit. N.B, G.M.B.F. eius filios maſculos, legitimos, & naturales æqualiter, & æquis portionibus. Et poſt eorum mortem, & vniuſcuiuſq; portione ſubſtituit vniuſcuiuſq; filios, liberos, & deſcendentes maſculos, legitimos, & naturales; de vno in alium, vſq; in infinitum: & inuicem, ac reciprocè, actiuè, & paſſiuè ordine ſucceſſiuo, vulgariter, & per fideicommiſſum.

Et ſi vnus dictorum eius filiorum inſtitutorum, vel vnius filij, liberi, & deſcendentes maſculi legitimi, & naturales in infinitum deceſſerint ſine filijs, liberis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, Subſtituit alium, & alios dictorum eius filiorum: & illius, ac illorum filios, liberos, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales de vno in alium in infinitum, & inuicem, ac reciprocè, actiuè, & paſſiuè, ordine ſucceſſiuo, vulgariter, & per fideicommiſſum.

Et ſi futuris temporibus accideret caſus (quem Devs pro ſua benignitate auertat) quòd ex prædictis eius filijs vlli quandocunq; non extarent, vel non eſſent filij, liberi, & deſcendentes maſculi legitimi, & naturales: Tunc & eo caſu, vltimo decedenti, In omnibus eiuſdem teſtatoris bonis, & tota hæreditate Subſtituit. L. eius fratrem: & dicti. L. filios, liberos, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales de vno in alium, vſque in infinitum, inuicem, ac reciprocè, actiuè, & paſſiuè, ordine ſucceſſiuo, vulgariter, & per fideicommiſſum.

Et ſi caſus accideret, quòd prædictus. L. eius frater non ſupereſſet, vel ex eo vlli quandocunq; non ſupereſſent filij, liberi, & deſcendentes maſculi legitimi, & naturales, Tunc & eo caſu. vltimo deſcendenti in omnibus eius bonis, & tota hæreditate Subſtituit maſculos legitimos, & naturales exiſtentes de Familia ipſius teſtatoris, de vno in alium, vſq; in infinitum inuicem, ac reciprocè, actiuè, & paſſiuè, ordine ſucceſſiuo, vulgariter, & per fideicommiſſum. Quoniam hæc fuit, ac eſt firma, & clara ipſius teſtatoris intentio, ac voluntas; vt omnia, & ſingula eius bona ſemper, & in perpetuum ſubiaceant fideicommiſſo ſtrictiſſimo inter omnes dictos eius filios, eorumq; omnium, & ſingulorum filios, liberos, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, vſque in infinitum: & deinde inter alios tranſuerſales agnatos de Familia; modis, & conditionibus ſupradictis, & infradicendis.

Et, vt tollatur occaſio litium ſuper ſenſu, & intelligentia ſupraſcripta-
rum

rum ſubſtitutionum, præfatus teſtator expreſsè declarauit in omnibus caſibus, in quibus facta eſt mentio de maſculis legitimis, & naturalibus: intelligi debere, Et de legitimo matrimonio procreatis: Ita quod legitimati per priuilegium Imperiale, vel Papale, vel etiam per ſubſequẽs matrimonium, omnino excluſi intelligantur. Et ita etiam, quòd Monaſterium, vel Eccleſia, tàm in conditione, quàm in vocatione non intelligantur eſſe loco filij. Declarans prædictam prouiſionem facere non principaliter ad excluſionem Monaſterij, vel Eccleſiæ; ſed pro conſeruatione ſuorum bonorum in ſua Familia. Item declarauit intelligi debere, ſeruata ſemper gradus prærogatiua; ita tamen, quòd filius intret locum patris reſpectu aſcendentis, & patrui. Et data gradus paritate, intelligi debere in ſtirpes, & non in capita. Item ſemper intelligi debere de proximitate reſpectu grauati, non autem ipſius teſtatoris. Item, quòd in fideicommiſſi reſtitutione veniant etiam portiones ab alijs obuentæ, indiſtinctè ante, vel poſt grauamen.

PRAETEREA, vt voluntas dicti teſtatoris firmius, & inuiolabilius obſeruetur, & effectum habeat; voluit ipſe teſtator, & prohibuit, & mandauit, quòd nullus dictorum inſtitutorum, & ſubſtitutorum in infinitum, poſſit bona prædicta vendere, obligare, permutare, etiam ſub prætextu maioris commodi, donare, aut quouis titulo alienare, vel transferre in aliquem, inter viuos, ex teſtamento, vel ab inteſtato, qui non ſit maſculus de familia: quia voluit dicta omnia, & ſingula bona ſua ſemper, & in perpetuum in familia, & agnatione ſua maſculina conſeruari, & permanere modis, & conditionibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis.

ET ſi contingeret, quòd aliquis ex prædictis inſtitutis, vel ſubſtitutis alienaret bona aliqua ipſius D. Teſtat. ſeu ad aliquem actum alienandi deueniret; vel huic prohibitioni contrafaceret quoquomodo: Tunc & eo caſu iuſſit talem alienantem, vel ad actum alienandi deuenientem, ſeu contrafacientem; ſtatim & ipſo iure priuatum eſſe dictis bonis, & bona ipſa ſtatim & ipſo iure ad alios maſculos, vt ſupra vocatos, peruenire; & per eos ſtatim vendicari poſſe. Et ſi proximiores alienantis fortè eſſent negligentes in vendicando, vel fortè tanquam alienantis hæredes non admitterentur ad reuocandum alienata; tunc alij maſculi, vt ſupra vocati, vlteriores admittantur.

VLTERIVS mandauit, quòd ſi futuris temporibus aliquis ex prædictis inſtitutis, & ſubſtitutis committeret aliquod crimen (quod DEVS auertat) vel modo aliquo incideret in indignationem Sereniſſimi, & Clementiſsimi Dominij noſtri Veneti, adeò quòd bona committentis tale crimen venirent confiſcanda: Tunc committens tale crimen, ſtatim & ipſo iure ſit, & intelligatur priuatus omnibus, & quibuſcunq; bonis ipſius

teſtatoris, Quæ ſtatim, & incontinenti ad alios maſculos, vt ſupra vocatos, transferantur; etiam viuente ipſo delinquente: nec modo aliquo in Fiſcum, ſeu Cameram præfati Sereniſs. Dominij transferri poſſint bona ipſa: nec quo ad Dominium, nec quo ad aliquem vſufructum. Declarans mentem ſuam eſſe principaliter prouidere pro conſeruatione bonorum ſuorum in familia, non autem facere aliquam fraudem Fiſco.

ITEM prohibuit, & mandauit, nec ex cauſa dotium filiarum inſtitutorum, vel ſubſtitutorum, vel vxorum ſuarum poſſe alienari bona prædicta. Sed ſi dotes prædictæ aliunde non poſſent conſtitui, vel reſtitui; conſtituantur, vel reſtituantur ex fructibus dictorum bonorum.

ITEM, dictus teſtator aſſerens ſe eſſe certum de viribus ſuarum facultatum, expreſsè prohibuit aliquem dictorum inſtitutorum, vel ſubſtitutorum poſſe aliquam trebellianicam detrahere: volens præmiſſa valere omni meliori modo, & via, quibus melius, & efficacius de iure fieri poſſit. Declarans ad hunc effectum, quatenus opus ſit, grauamen eſſe impoſitum venientibus ab inteſtato ipſorum inſtitutorum, & ſubſtitutorum. Et caſu quo aliquis vellet dictam trebellianicam detrahere, talis teneatur, & debeat reſtituere fructus ex ipſis bonis perceptos.

ET poſtremò, vt ipſa bona integra, & ſine aliqua detractione conſeruentur in agnatione, & familia, cui ſunt quaſi omni iure debita: prohibuit etiam legitimæ detractionem ipſius filijs, eorumq; ſucceſſoribus. Expreſſè diſponens, quòd mortuo ipſo teſtatore, præfati eius filij hæredes vniuerſales vltra legitimam inſtitui, debeant in termino vnius menſis aut laudare, & ratificare præſens teſtamentum, & fideicommiſſum in omnibus prout iacet: aut ſi nolint hoc facere, poſſint conſequi tantùm ſuam legitimam; & reſiduum ſit aliorum, vt ſupra vocatorum. Rogans infraſcriptos eius commiſſarios, vt omni ſtudio procurent, quòd ipſi filij talē laudationem, & ratificationem expreſsè faciant, & ad vnguem obſeruēt, ac exequantur. Quamquàm putet, & ipſos eius filios, & deſcendentes, pro eorum prudentia, & pietate ſponte ſua, & vltro hoc facturos. Attento maximè, quòd ipſa bona ex maxima parte ſunt ſuppoſita fideicōmiſſis ſuorū maiorū, videlicet, N. &. N. quæ omnia Fideicōmiſſa dictus D. Teſt. expreſsè in oībus, & per oīa laudauit, & ratificauit ad oēm bonū effectū.

ET præterea, vt futuris temporibus appareant bona per ipſum teſtatorem relicta, & ſuppoſita fideicommiſſo, Iuſſit ipſe D. Teſtator mihi Notario infraſcripto, quòd deſcribam, & annotem omnia bona, quæ de pręſenti ipſe teſtator poſſidet, prout de ipſius præſenti poſſeſſione conſtat ex depoſitione teſtiū ex officio Spect. D. Vicarij Mag. & Clariſs. D. Poteſtatis Vicentiæ examinatorū ad ęternam rei memoriam, inferius regiſtrādorū.

SEQVITVR INVENTARIVM.

BENE EST, priuſquam ad verborum formulæ præpoſitæ interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius fideicommiſſi referre, vt in ſimili exordiebatur Iur.conſ. l.j.ff. de reb.cred.&.l.j.ff. de orig. iur. & M.Tullius de officijs lib.j.cap.j. Placet igitur (inquit ille) quoniam omnis diſputatio de officio futura eſt, ante definire quid ſit officium, quod à Panætio prætermiſſum eſſe miror. Omnis enim quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Quæ etiam fuit ſententia Platonis, de Philoſophia in princ. Non ſcietur quale (inquit) niſi ſciatur quid ſit, &c. Igitur fideicommiſſum poſſet definiri vt legatum definitur: iuxta.l.j.& ibi not.per Doct. diſtinguentes latè inter fideicommiſſa particularia, & vniuerſalia.ff.de leg.j. & ita tradit Roy.conſ.7.nu.14.verſ. quæ conuenit etiam fideicommiſſo lib.3. Sed quia verſamur circa fideicommiſſum vniuerſale, ideò eſſet inquirenda diſtincta definitio fideicommiſſi vniuerſalis. At ego nuſquam apud veteres illos Iuriſconſul. vel Imperat.reperiri. Quare cùm omnis definitio in iure ciuili pericuioſa ſit, rarum eſt enim vt non ſubuerti poſſet.l.omnis diffinitio. & ibi ſubtiliter Cagnol.ff.de reg.iur. Idcirco in hoc non laboro inutiliter, & curioſè: cùm ſatis intelligi poſſit id, de quo tractaturi ſumus ex infraſcripta deſcriptione. Nam Imperator Iuſtinianus in ſuis Inſtitut. titulo de fideicōmiſſarijs hæredit. Sciendum eſſe (inquit) omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo inuitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem: & ideò fideicommiſſa appellata ſunt: quia nullo vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea Diuus Auguſtus primus, ſemel, iterumq; gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem quis rogatus diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere, quod quia iuſtum videbatur, & populare erat paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſditionem, tantuſq; eorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis ius diceret, quē Fideicommiſſarium appellabant. In primis igitur ſciendum eſt opus eſſe, vt aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur, eiuſq; fidei committatur, vt eam hæreditatem alij reſtituat: alioquin inutile eſt teſtamentum, in quo

in quo nemo hæres inſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, Lucius Titius hæres eſto: poteſt adijcere, Rogo te L. Titi, vt cùm primum poteris hęreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, reſtituas. Poteſt autem quiſq; & de parte reſtituenda hæredem rogare: Et liberum eſt, vel purè, vel ſub conditione relinquere fideicommiſſum, vel ex certo pie: & prout latius proſequitur ibi Iuſtinianus Imp. vbi etiam in. §. Et quia docuit prima fideicommiſſorum cunabula à fide hęredum pendere: & tàm nomen, quàm ſubſtantiam accepiſſe: & hunc tex. elegantem appellat Zaſi. in. l. patre, nu. 6. ff. quæ in fraud. cred. Et quàmuis Imp. ibi appellauerit eas hæreditates fideicommiſſarias. Attamen Iuriſconſ. in. l. Seius. ff. ad Treb. & in. l. certi. ff. ſi cert. pet. vocauit hæreditatem fiduciariam, & hæredem fiduciarium: de quo per Budæum in Pandect. l. 2. de orig. iur. pagina. 97. Ibiq; Zaſi. verſ. latas, circa fin. verſ. Sic & fideicommiſſa ſuborta eſſe credo, pagina, 386. Zanch. in repet. §. cum ita, nu. 97. ff. ad Trebel. Tiraq. de Retractu conuentionali in fin. præfat. Et nouiſſimè Bellon. ſuper d. tit. de fideicommiſſ. hæred. in princ. nu. 3. & nu. 7. vbi inueſtigat rationem, quare ſit introducta ipſa fideicōmiſſaria ſubſtitutio, & ponit de etymologia ipſius nominis. Verum quia, vt dicebat Quintilianus de nominibus parū eſt curandum, cùm rem habeamus. Ideò his omiſſis, & capiendo vtilia.

PRIMO, quæritur an fideicommiſſa cenſeantur fauorabilia, vel odioſa: vtilitas huius. Q. eſt maxima, vt ſciat Iudex an in dubio iudicandum ſit pro fideicommiſſo, vel contra fideicommiſſum. Et pro parte illa, quòd potius cenſeri debeat odioſum pleriq; tenebant: primo, quia fideicom. eſt onus, & grauamen hæredis. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. & impedit bonorum alienationem. l. fin. C. comm. de fideicom. l. filius famil. §. diui. ff. de leg. j. Sed huiuſmodi prohibitio eſt iniqua. l. non vſque. ff. ſi à par. quis fuer. man. Et teſtator per talem prouiſionem videtur velle derogare iuri publico, quo cauetur, vt in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. vnde teſtator non poteſt mandare vt hæres non diſponat de bonis ſuis in vltima voluntate. l. cum pater. §. mādo. ff. de leg. 2. Ergo, &c. Secundò, quia videmus ſemper in dubio intelligendum eſſe teſtatorem voluiſſe grauare hæredem minus quàm ſit poſſibile. l. numis. ff. de leg. 3. cum ſimilib. Et ex his rationibus, alijſq; ſimilibus fideicommiſſum cenſeri odioſum, & conſequenter in dubio forè iudicandum contra fideicommiſſum tenuit Dec. conſ. 336. in fin. & alibi ſępè: Crauet. conſ. 180. in fin. vbi allegat Deciſ. Rot. 863. Teſtator inſtituit in antiq. & faciūt plura congeſta per eundem Crauet. conſ. 147. & in Rub. de leg. j. nu. 103. vbi citat plura conſ. Decij. Soc. conſ. 113. col. pen. lib. j. Idem conſuluit Soc. Iun. conſ. 185. nu. 9. lib. 2. Siluan. pulchrè conſ. 64. nu. 19. vbi ampliat etiam in fideicommiſſo reciproco, & nu. 25. verſ. Ideò

in dubio

in dubio. & nu.28.verſ. Nam reſpondetur: Mant.conſ.328.329.330. vbi refert argumentum Aduocatorum Venetorum. Alciat. conſ.483.in fin.Fulg.conſ.85.in fin.Neuiza.in Sylua cap.Quomodo iudicandum pro com.opi.nu.47.verſ.Item in dubio pro hærede,& verſ.Itē in dubio iudi.

Sed pro parte contraria,quòd immò cenſeri debeat fauorabile, tenuerunt etiam plures, Alex.conſ.39.nu.3.verſ.& dicit Angel. hoc eſſe inductum ſpecialiter fauore fideicommiſſi. lib.j. Sequitur Dec.ſibi contrarius in conſ.652.nu.7.& clarè Iaſ.conſ.203.col.4.verſ.Nō ob.ſecunda.lib.2. vbi quod ſubſtitutio fideicommiſſaria dicitur fauorabilis non obſtante quòd ſit onus: Soc.Iun.ſibi contrarius, conſ.168.nu.91. lib.2. Et quod pro fideicommiſſo ſit iudicandum Bald. inquit conſ. 104. Teſtamentum, circa fin.verſ.Tamen iſta regula videtur fallere fauore fideicommiſſi lib.4. in antiq.Soc.conſ.249.nu.25.lib.2 & in.l.cum auus.col. 54.verſ.Quoniā reſpondetur.ff.de cond.& demōſt. Et expreſſius in.l. ſi filius,col.17.verſ. quæ abſolutè ſunt fauorabilia.ff.de vulg.& pup.per.l.j.in fin.ff. vt in poſſ. leg. Gribal.inter conſ.Port.conſ.40.nu.22. Zaſi.pulchrè in Rub.de leg.j. Ego verò (vt meū iudicium interponā) putaui ſemper hanc ſecundā partem forè tenendam, prout & conſulendo,& iudicando tenui:& memoria repeto, quòd iam annis ferè.30.lapſis, primo anno mei doctoratus, cùm inter alios eſſem aduocatus in cauſa fideicommiſſaria maximi momenti, pro Clariſs.D.Leonardo de Portis, aduerſus Mag.D.Lauram eius nurum Comitemq; Iulium eius filium coniuges poſſeſſores, alioſq; Magnificos de Portis competitores, cumq; ex aduerſo per Excellentiſs. DD. Aduocatos opponeretur, in dubio forè pronunciandum contra fideicōmiſſum. Ego pro parte noſtra tanquam fauorabili, vltra prædicta adducebam in medium tex.præallegatum.Inſtit.de fideicom.hęred.verſ.tantuſq; eorum fauor factus eſt. quem ad hoc propoſitum à nemine tunc animaduerſum reperiebam.Et confirmaui per optimum alium tex.l. cogi, verſ. in ambiguo tamen magis ſenſum dico ne intercidat fideicommiſſum.ff.ad trebel. Qui duo tex.cùm apertè probent fideicommiſſa eſſe fauorabilia, & in dubio pro eis eſſe ſentiendum, parum videtur curandum de aſſertione illorum Doct.qui contrarium inaduertenter forſan dixerunt: prout enim dicere ſolebat Iaſ.in.l.diuortio, col.6.ff. ſolut. matr. cùm habeat deciſiones legum claras, illis potius vult inhærere quam Gloſ.& Doct.

Non omitto tamen pro concordia opinionum, quando adhuc quis vellet reſiſtere textibus præallegatis. Poſſe diſtingui in hoc articulo. Primo quidem quòd aut fideicommiſſum aliàs non valeret, tunc larga fiat interpretatio ad actus validitatem: aut fideicommiſſum præſupponitur validum, tunc ſtrictè videtur procedendum. Quæ diſtinctio videtur eſſe dę mente Decij.l. in teſtamentis.ff.de reg.iur.Et in ſpecie tetigit Crauet.

conſ.

conſ.208.nu.3.verſ.in quo tamen articulo.Soc.variauit. Alio, & ſecundo modo poteſt diſtingui, vt per Bero.cap.in pręſentia.nu.347.350.in fide probat. Alio, & tertio modo, vt per Bellon.conſ.180.nu.11.verſ. ſecus in fideicom.reciproco. Alio, & quarto modo, qui valdè placet, aut loquimur in fideicommiſſo ſimplici, & tunc poſſit procedere prima opinio; aut ſumus in fideicommiſſo expreſsè facto pro conſeruatione bonorum in agnatione, & familia, prout in noſtra formula, & iſto caſu procedat ſine dubio ſecunda opinio: & reuera in iſtis terminis loquuntur pleriq; Doct.præalleg.& præter eos Anchar. conſ.27.col.3.verſ.Hic autem loquimur. Cuman.conſ.2.nu.4. Gozad.conſ.89.nu.12.verſ. Ad illud. Curt.Iun.conſ.22.nu.11.& egregiè conſ.3.nu.12. Paris.conſ.63.nu.27 & conſ.35.nu.38.lib.2.Soc.Iun.cõſ.181.nu.39.lib.2.Capyt.deciſ.108. nu.15.verſ.contra hanc limitationem. publicè enim expedit, vt familiarũ dignitas ſalua ſit.l.j.§. publicè. ff.de ven.inſp. Quæ dignitas per diuitias conſeruatur, teſte Beato Auguſtino, de quo latè per Barbat. in Rubr. de ſucceſ.ab inteſtato. Et ſæpè in conſiljs. Et pro reſolutione illius obiecti, quod fiat interpretatio in dubio pro hærede contra legatarium videatur nouiſſimè Natt.conſ.602.vbi principaliter, & latè examinat, & concludit faciendam eſſe latam interpretationem pro legat.& fideicom.

Sit igitur concluſio indubia in noſtro themate, fideicommiſſum cenſeri fauorabile, vt bona conſeruentur in agnatione, & familia. Pro qua cõcluſione facit communis vſus, & obſeruantia totius Italiæ: vbiq; enim videmus ſimilia fideicommiſſa frequentari: prout de ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos agnatos conſiderabat Pau.Caſt.conſ.79.caſus iſte, in antiq.col.3.verſ.Et hoc eſt hodie multum in vſu in Italia.Et in ſpecie de fideicommiſſis Paris.conſ..7.nu.40.verſ. antiqua, & inueterata extat conſuetudo in patria, & municipio: & conſ.43.nu.95.verſ.& ſecundũ regionis conſuetudinem, quæ vt in pluribus ita ſe habet, lib.3. Alb.conſ. 51.nu.17.verſ.& cum ſoleant communiter ceteri teſtatores facere fideicommiſſum in familia. Soc.Iun. conſ.69.nu.31.verſ. Eo præſertim, quia de communi ſtylo teſtantium eſt.lib.3. Et maximè fideicommiſſa ſunt in vſu in ſplendiſs.ciuitate Florentia, vbi maior ferè pars cauſarum in Rotæ Auditorio, eſt in materia fideicommiſſaria. Et hæc ſufficiant quoad.Q. primam. Quæ, vt prædiximus, eſt valdè vtilis, vt ſciant Iudices quomodo in dubio ſit iudicandum. Nam hodiernis temporibus propter cõflictum contrariarum opinionum multi articuli in iure redduntur valdè dubitabiles: adeò quòd dicebat Rodor. Xuar. Allegat.24.col. pen.verſ. O tempora, Iudicibus hodie licentiam eſſe iudicandi ad libitam, propter conflictum opinionum. Quod dictum velim tamen ſano ſenſu accipi, ne anſam malis, & imperitis Iudicibus præbere videatur, de quibus loquitur

Alex.ab

Alex.ab Alexandro Genialidier.lib.6. cap.7. Reſponſum Raphaëli Volaterrano quare legum, & cauſarum ſtudio intermiſſo, in his mitioribus ſtudijs oblectaremur. & lib.4.cap.5. Iudicium ignaui Iudicis ſuper controuerſo iure perperam iudicatis. Hinc Bal.in auth.Niſi breues.in fin.C. de ſent.ex breuic.recit.refert dictum Ariſtot. Oportere rectè poſitas leges omnia determinare, & quàm pauciſſima committere iudicantibus. Illud tamen eſt tenendum, quòd Iudex tunc excuſari debet apud DEVM, & homines ſi in tanta varietate, & dubio eligit illam opinionem, quam ſecundum eius bonam conſcientiam credit eſſe veram, etiam ſi poſtea cõtrarium declaretur per auctoritatem habentem. Ad Neuiza.in Sylua cap. Quomodo iudicandum pro communi opinione. lib.6.nu.4.verſ.Iudex tunc.& nu.6.verſ.quod in dubijs opi.vni adhærere non eſt peccatum.vbi latè effundit de his; vt erat vir prodigioſæ memoriæ: vt quidam ita eum appellant. Prætermiſit tamen vnum quotidianum vbiq; inter plures Iudices Rot. Auditores, accidit ſæpè, quòd vnus ex illis eſt ſolus, & ſingularis ſententia, & nihil minus ne videatur diſſentire ab omnibus alijs, & velle ſapere ipſe ſolus pluſquam omnes alij ſimul tranſit, cùm ſententia omnium aliorum, ipſorumq; ſententiæ ſubſcribit: an poſſit id facere ſalua conſcientia? Ego, cùm ſermo incidenter fieret inter Mag.meos Collegas Rot.Floren.honoris cauſa meritò nominandos D.Petrum Monaldeſcum Vrbeuentanum, D.Darlum Raynerium Nurſinum, D.Gaſparem Arſillum Senogalliens, D.Curtium Petruccium Romanum, & D. Flauiũ Florianum Fulignatem; omnes à me meritò etiam redamandos: allegabam ad hoc propoſitum ſingulare dictũ, Geminia. cap.à collatione.verſ. Sed quando procedit vt canonicos cùm alijs.circa fin. de appell.lib.6. Et ne hoc dictum videatur otioſè relatum, Accidit, quòd poſtea durante officio noſtro, in quadam cauſa valdè controuerſa, & notabili; inter alias ſcripturas exhibita nobis fuit ab altera ex partibus litigantibus quædam fides manu propria exarara ab vno ex Mag. DD. noſtris prædeceſſoribus in officio Doctore equidem ſcientia, & eloquentia perinſigni, qui declarabat, quòd & ſi in illa cauſa iud canda ſubſcripſerit aliorum ſuorum coauditorum ſententiæ, attamen re vera ipſe fuerat in voto contrario. Quã declarationem in dicta ſcriptura teſtabatur facere principaliter vt exonerarct ſuam conſcientiam. Neſcio an viderat dictum Gemin.loco præalleg. Hæc tamen The logis relinquantur decidenda: & deueniendo ad verba noſtræ formulæ, Ibi.

Conſtituit præſens nuncupatiuum condere teſtamentum.

SECVNDO, quæritur an in contractibus inter viuos conſtitui poſſit fideicõmiſſum. Reſpondeo, quòd ex præalleg.tex.Inſtit.de fideicom.

B hæred.

hæred.verſ. In primis igitur ſciendum eſt, apparet fideicom. communiter, & regulariter formari, & induci per viam teſtamenti, vel codicillorũ, Inſtit. de codicil. §. non autem tantum teſtamento facto. Hinc dicebat Cuman.in.l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb.oblig.quod in contractu non poteſt videri, quòd relinquatur per fideicom. ſicut in vltima voluntate: & refertur à Pau.Caſt.ibi.verſ.Et quòd hoc loquatur in conuentione inter viuos, ex qua non reſultat tacitum fideicom. Alex.ibi nu.4. verſ. Ne ob.iſte tex. Soc.nu.19.verſ.prohibitio alienationis extra familiam fit in contractu, ex quo non poteſt reſultare fideicom. Iaſon.nu.15.verſ.Breuiter. & verſ. Nec ob. iſte tex. Et Roy.Florentiæ, conſ.7.nu.14.lib.3. vbi clarè refert, quòd fideicom. non datur ex contractu: & Dec. in illo caſu, conſ.488.nu.19.verſ.& tale fideicom. debet fieri in teſtamento ſolenni ad hoc vt valeat, quod per viam contractus, & conuentionis inter viuos fieri non poteſt: Idem Roy.conſ.214.nu.16.verſ.quia per fideicom.non erat vocatus, quod in contractu fieri non poteſt. lib.j. Paris. conſ.100. nu.22.verſ. fortiuſquam ſi eſſet fideicom. lib.4. Alciat. conſ.517.nu.3. verſ.vnde conſtat fideicom.non poſſe induci inter viuos:& idẽ conſ.518. in princ. Guid,Pap.conſ.224.nu.j.& ſeq. Nihilominus reperiuntur pleriq; præſuppoſuiſſe largo quodam modo etiam in contractu inter viuos oriri fideicom.prout Dec.conſ.63.nu.4. in ſecundo dubio, vbi tractauit an ex cõtractu tranſactionis oriatur fideicom.vt per eum ibi.& conſ.613. col.2.vbi appellat fideicom.conuentionale:& conſ.245.nu.7.8.vbi loquitur in contractu donationis, quo caſu loquitur etiam Soc.d.§.cohæredes nu.19.verſ.ſicut quando reſultat fideicom. Guliel.Benedict.cap.Raynutius,verſ.ſi abſq; liberis.ij. nu.23. vbi appellat onus fideicõ. in donatione appoſitum: Crauet. conſ.130.circa fin. & conſ.19.nu.8. Soc.Iun.conſ. 142.nu.11.lib.3.in donatione, & conſ.185.nu.6.verſ. fuit grauatus per fideicom.lib.2.& conſ.118.nu.8.& conſ.80.nu.22.verſ.ad inſtar fideicõ. & conſ.108.nu.40.verſ. & vt ſummatim, & conſ.14.nu.3.in fin.verſ ad inſtar fideicõm. vbi conſuluit Vicentiæ, Mant. in donatione appellat fideicom.cõſ.47.nu.1. Et poſtremò poterit videri Berengar.in.l.in quartam.nu.239.ff.ad leg.falcid.

In omnibus autem alijs ſuis bonis,

TERTIO, quæritur an prælegata facta alicui ex hæredibus inſtitutis intelligantur comprehenſa in fideicommiſſo vniuerſali ſubſequente. Reſpond. prima facie videbatur dicendum, quòd non: Nam illa verba, In alijs autem, ſunt diuerſificatiua, & aduerſatiua: ad gloſ.l. neceſſe.ff. de in diem addict.Bar.l.pater filium.§.quindecim.ff.de leg.3.gloſ.& Bar.l.maritus

ritus.§.cum autem.ff.de adulter. Alberic.in dictionar.verſ.Autem. Ergò dicta prælegata excluduntur ab vniuerſali inſtitutione, & fideicom. Fulg. conſ.99.col.2.verſ.iſtud namq; verbum. & in illo caſu Cuman. conſ.37. cum ſimilibus adductis per Paris. conſ.63.nu.22.lib.3. Siluan.conſ.49. nu.23.verſ.non obſtabit. Barbat.conſ.58.col.4.verſ.quarto, in fin.lib.3. Zabar.conſ.68.nu.1.vbi ponderat dictionem, verò aduerſatiuã. Dec.cõſ. 653.nu.6.vbi reprobat Pau.Caſt.Dur.de arte teſtandi, tit.4.cap.4.nu.2. Corn.conſ.91.col.3.verſ.Inſuper & magis planè.lib.j. Iaſ.conſ.vlt. circa fin.verſ.Tertio, lib.4.Soc.Iun.pulchrè cõſ.107.nu.45.verſ.In tutti veramente gli altri mei beni.lib.3.vbi alleg.Fulg.Dec.& Paris.& illo caſu Mãt. conſ.216.nu.1.Alciat.conſ.480.nu.16.Aemilia.cõſ.35.nu.1. verſ.quod etiã probatur.& conſ.39.nu.26.verſ.poſſet.& cõſ.44.nu.6.verſ.expreſſa.

Sed in contrarium, quòd immò intelligantur incluſa etiam prælegata, nõ obſtantibus his verbis, In omnibus autem alijs,&c. Tennit Pau.Caſt. vir maturi capitis (teſte Felino) conſ.367.Viſo ſuprascripto. col.2.ver.Et ſi dicatur. in antiq. vbi reſpondit obiectis, & quòd illa verba notariorum non mutant diſpoſitionem iuris, quia potius per imperitiam dicta videntur, quàm vt denotent iuris miſterium, argu.l. qui fructus. verſ.imperitia ff.de vſu fru.leg.Idem tenuit Butr.conſ.69.verſ.Niſi fortè quis dubitauerit propter illud verbum, In alijs,&c.vbi etiam dixit, quòd talia verba, In omnibus alijs, non ſunt verba formalia teſtatoris: ſed apponuntur à notarijs, & quòd eſt veriſimile, ſi teſtator voluiſſet à ſubſtitutiõne excludere prælegata, notabiliorem addidiſſet expreſſionem Oldrad.conſ.158.circa fin.Curt.Iun.conſ.13.in fin.Alex.conſ.25.nu.8.verſ.Nõn obſt.lib.j.vbi bene declarat:& in Apoſtil.Bar.in.l.ſi ita.ff.de hæred.inſtit: & conſ. 207. nu.7.lib.6.Roy,conſ.38.nu.17.lib.5.& conſ.32.nu.8.verſ.Nõ obſt.etiã lib.2.vbi conſuluit contra Dec.conſ.653. prælleg. ſequens Pau.Caſt. & idem Roy.conſ.152.nu.7.iuncto fin.conſ.& conſ.40.nu.12.verſ.Poſtremò.eod.lib & conſ.130.nu.9.verſ. Non obſt.lib.3. vbi conſuluit contra Aemilian.conſ. prælleg. Paris. ſibi contrarius conſ.79. nu.23. lib.2.vbi admittit hanc concluſionem, licet illo caſu propter coniecturam voluntatis teſtantis aliter teneat, & conſ. 54.nu.49 lib.3.& conſ.45.nu.5.& ſeq. vbi pariter conſuluit contra Dec.conſ.653.prælleg.& conſ.18.vbi conſuluit contra Soc.Iun.conſ.107.lib.3.prælleg. Paris.enim non curauit, vt apparet, de dictis verbis, & ideò ſubticuit, non autem per malitiam, vt eũ in hoc pugnare viſus eſt Soc.Iun. Qui quidem Paris. in illa conſultatione maturius, diligentius, & eruditius conſiderauit, quàm Mant. conſ.116. prælleg.vbi cum Soc.Iun.reſponderat teſte Port.nouiſſimè cõſ.6.nu.28. verſ.Ex quibus.vbi & ipſe tranſit, cum Paris. Proùt etiam ad conſ. Paris. Simpliciter in hoc ſe remittit Hipp.Rimin.in apoſtil. Conſ.Rimin.conſ.

348.Natt.conſ.321.nu.1.verſ.Non obſt.vbi expreſsè reprobat Iaſ.conſ. vlt.prælleg.Gozad.conſ.30.nu.8.Beltrand.conſ.181.in fin.lib.2.in antiq.Et ita poſt examinationem huius articuli,tanquam frequentis Zanch. in repet.§.cum ita.nu.373.verſ.Amplia ſecundo.verſ.ſed tamen non recede à prædicta ampliatione, videtur nouiſſimè reſidere,quanquàm idem poſtea nu.374.viſus ſit vacillare. Ego tamen firmiter ſequor hanc ſecundam opinionem. Et præter alios prælleg.addo Corn.in.l.ambiguitatem nu.6.C. de teſtam. Capr.conſ.113.nu.1.& ſeq. iuncto Themate. Altiat. ſibi contrar.conſ.604.nu.5.Curt.Sen.cōſ.3.nu.4.verſ.Idem in ſimili.vbi alleg.ſolùm Butr.d.conſ.69. Et faciunt tradita per Benedict.cap.Raynutius.verſ.ſi.ſine liberis.ij.nu.54.Imol.l.vnum.§.ſi duos.ff.de leg.2.Corn. conſ.114. nu.5.lib.3. An autem valeant prælegata facta hæredi, & eſto non valerent an nihilominus poſſit imponi onus fideicom. Tangit Bald. conſ.158.lib.5.ad quod ſe remittit Zanch.in d.§.cum ita.nu.372.& 425. Paris.conſ.79.nu.1.& ſeq.lib.2.prælleg.

QVARTO, quæritur an illud verbum, Suis, ex mente teſtatoris verificetur in omnibus bonis, quæ ipſe tenebat, & poſſidebat, vt cenſeatur voluiſſe, & ſenſiſſe de omnibus ipſis bonis diſponere, eſto quòd forſan eſſent tantùm ſua durante vita, vt Emphyteotica, feudalia, fideicommiſſaria, & ſimilia. Reſpond.In bonis fideicom. quòd non intelligatur teſtator de eis ſenſiſſe, ſed de bonis proprijs ipſius teſtantis.Tenuit in ſimili caſu Campeg.inter conſ. Grat.conſ.9.nu.33.verſ. quod intelligo factum de bonis proprijs, lib.1. Et in ſimili in legato facto vxori pro alimentis Tradit Grat. conſ.22.nu.8.lib.j. vbi conſuluit in cauſa Illuſt. DD. de Pepulis aduerſus Illuſt.D.Iſabellam de Gonzaga, quòd non comprehendātur bona emphyteoticaria, libellaria, & fideicommiſſaria. Et, dum cauſa penderet Romæ in illo ſacro Rotæ Auditorio, idem reſpondit Paris. cōſ. 98. Quoniam Reuer. Patres nu.14.lib.2. Et Deciſ. Rotæ in illa cauſa habetur in deciſ. Ptolomei nu.129. Bononienſ. ſpolij inter Iſabellam Gonzagam ex vna,& DD.de Pepulis ex altera.Et molied.nu.127.Bononienſ. bonorum. In qua etiam cauſa conſuluit Gozad. conſ.99. Bero.conſ.58. lib.3.Sed quicquid fuerit conſultum, ſtandum eſſet iudicio illorum Reuerendiſſ.Patrum Auditorum, vt enim eleganter,& verè inquit Mandoſ. in Regula oct.Cancel.in fin.Auditor Rotæ omnes alios Iudices vrbis, & orbis antecellit,præſumiturq; talis eſſe ſcientiæ, prudentiæ, auctoritatis, integritatis, immò & maieſtatis, vt meritò omne arduum negocium, omnis cura eccleſiaſtica, omnis deniq; humana, & diuina actio Auditori Rotæ concedi, & demandari ſoleat. Idem in Regula 11.q. 5. Non curo, ait, hic referre motiua, & argumenta, ne longior ſim extra materiam Regulæ.

gulæ, ſed ſat, ſuperq; ſufficiat tantorum Patrum auctoritas, & maieſtas, quibus meritò omnes alij Iudices vrbis, & orbis quantũcunq; potentes, & ſupremi aſſentiunt, & ſe eorum iudicio ſubijciunt. Idem in Reg. 19. q. 15. in fin. & alibi paſſim: & faciunt tradita per Bero. q. 95. in fin. vbi loquitur de generali fideicom. omnium bonorum: Alciat. conſ. 412. nu. 2. & conſ. 646. nu. 2. verſ. Non obſt.

Sed in contrarium faciunt dicta Ferret. conſ. 119. nu. 12. verſ. Itẽ quia teſtator locutus eſt per verba vniuerſalia, ibi, Tutti li miei beni. Corn. cõſ. 84. nu. 8. verſ. vnde ad propoſitum. lib. 2. Alciat. conſ. 611. nu. 1. Roy. cõſ. 150. nu. 12. verſ. & quòd etiam ſenſerit. lib. 3. Et nouiſſimè pulchrè tradit Alb. conſ. 73. nu. 5. verſ. Nam in primis. & nu. 6. verſ. propterea cùm ipſe locutus eſt de omnibus bonis ſuis, eſt veriſimile, quòd ſenſit de omnibus bonis, quæ tunc poſſidebat, & quorum tunc cùm loquebatur erat dominus. Ex prædictis apparet. q. eſſe ambiguã. Mihi tamen magis placet pars iſta affirmatiua: poterit nihilominus videri Pinel. in Rub. C. de bon. mater. nu. 20. verſ. Hinc ſequitur. vbi latiſſimè inſiſtit ſuper declaratione nominis Bona. Roy. conſ. 114. nu. 16. lib. 2. vbi conſuluit Florentiæ in terminis de fideicõmiſſo. Sed hic, & vbiq; ſemper putaui aduertendum forè ad illud prudentiſſimum dictum Iaſ. conſ. 51. lib. 4. vbi infert, quòd verba, quę proferuntur à teſtatoribus, qui cõmuniter ſunt idiotæ, & illiterati iuris, & non capiunt differentias intellectuales legum, debent groſſo, & naturali, ac vulgari modo intelligi: omnis enim intellectus eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi: pro quo Oldr. conſ. 45. Alciat. de verb. ſing. lib. 2. pag. 44. 46. 34. & l. lege obuenire. Soc. conſ. 37. nu. 10. lib. 3. & l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Abb. conſ. 78. lib. 2. & in cap. paſtoralis de decim. & cap. 2 de verb. ſign. Corn. conſ. 25. lib. 4. Cuman. conſ. 2. Pau. Caſt. conſ. 353. in antiq. Rip. l. centurio. nu. 131. verſ. ego in iudicando. ff. de vulg. Zanch. in. §. cum ita. nu. 419. & in Doctore Paris. conſ. 87. nu. 9. lib. 2. & Soc. conſ. 227. nu. 6. verſ. Ex quibus colligo, & verſ. Nec etiam prima lib. 2.

Mobilibus, ſe mouentibus, &c.

QVINTO, quæritur an mobilia, & ſe mouentia, pecuniæ, merces, fructus, & ſimilia veniant in reſtitutione fideicommiſſaria. Reſpon. ſine dubio venire, Inſtit. de ſing. reb. per fid. relict. in princ. verſ. argentũ, hominem, veſtem, & pecuniam numeratam: & conſuluit ex facto Alciat. conſ. 401. nu. 1. vbi de mobilibus, & mercimonijs, & cõſ. 497. nu. 5. verſ. de rebus mobilibus, & ſupellectili, & nu. 6. verſ. tamen non eſt dubium. Crauet. conſ. 295. circa fin. verſ. Non o dubitatur, vbi loquitur de animalibus, mobilibus, & fructibus. Fulg. conſ. 41. circa fin. verſ. ad ſextum. vbi de

creditis,

creditis, & pecunijs, ſuper fideicom.D.Franc.de Thienis Vicent.& in illo caſu Zabar.conſ.149.& tradit Paris.conſ.79.nu.44.& ſeq.lib.2.& cōſ.25.nu.68.verſ.vltima difficultas, & in illo caſu Soc.Iun.conſ.130.nu.13.verſ.Circa ſecundā nō parū admiror, quòd hoc in dubiū reuocetur, lib.1.

Aduertendum eſt tamen ad illam conſiderationē Paris. ibi nu.72.verſ. Attamen in caſu præſenti conſiderandum eſt, caſu quo dictę pecuniæ etiā extractæ à nominibus debitorum, & ex mercibus, non extent, ſed ſint conſumptæ, an ſint computandæ hæredibus grauatis. Inquit enim, Tunc videri dicendum, quòd ſi dictæ pecuniæ non apparent, & culpa non poteſt imputari hæredibus grauatis, non veniant reſtituendæ, vt ibi per eum. Nam ſi hæc conſideratio eſſet vera, eſſet equidem magni momenti in hac materia: Sed mihi videtur ſatis noua, & intacta ab alijs, cùm paſſim præſupponatur bona mobilia, &c. fore imputanda in legitimam, Trebellianicam, &c. & Alciat.cōſ.401.præalleg.loquitur in pecunijs, & mercibus. & Soc.Iun. in conſilio prælleg ato hanc conſiderationem non habuit: nec Beltrand. conſ.75.col.2.verſ.grandem pecuniæ quantitatem, de qua nunc nulla ratio redditur: & verſ.quo verò ad grana, vinū, lanas, & alios fructus, lib.2.in antiq. Capr.conſ.32.nu.7.verſ.circa ſecūdam, vbi loquitur de ſupellectilibus, pecunijs, & ceteris mobilibus imputandis in legitimam, conſumptis. Ad prædictam tamen conſiderationem faciunt ea, quę in ſubtili, & pulchro caſu ſcribit idem Paris. conſ.55.nu.36.& ſeq. lib.3. & in illo caſu pro parte aduerſa Alciat.conſ.631.

Generaliter autem appellatione mobilium in legato, quæ veniant ponit Paris.conſ.79.nu.38.lib.2.Dec.conſ.381.latè Tiraq.de Retractu.§.j. Gloſ.7.Pinel. loco pręalleg. & habetur in Motiuis Rotæ Florentinæ.lib. 11.nu.160.

SExto, quæritur an in reſtitutione fideicommiſſaria veniant bona, quæ teſtator vendiderat cum pacto retrouendendi intrà certum terminum, ſi poſt eius mortem hæres grauatus redemit dicta bona, vel ipſe hæres poſſit dicta bona pro ſe retinere, reſtituente pretium fideicom.ſeu teneatur reſtituere ipſa bona etiam ſine rententione pretij ſoluti in redemptione. Reſpōd. quòd Cagnol. in.l.2.nu.254.q.94.C.de pact.int.empt. tenuit huiuſmodi bona fideicommiſſario deberi, quia poſt recuperationē ex prima cauſa apud hæredem eſſe dicuntur, vt ait notanter Bar.l. in diē. ff.de aqu.plu.arc. Dicit tamen hæredem recuperaturum à fideicom. pretium, quia de proprijs pecunijs redemiſſe videtur, & præſumitur, vt ibi per eum, referentem, & ſequentem ſimpliciter Dec.conſ.238.nu.5. verſ. quintò quæritur.& vtriuſq; meminit Tiraq.de Retract.§.15.gloſ.2.circa fin.verſ.& idem Philip. & Clarius de Retract.conuent.verſ.I inis.nu.86. idem tradit Ferron. in conſuet.Burd.eod.tit.§.27.verſ.Induci etiam poſ-

ſint.

ſent.& Caſſan.Rub.4.§.25.nu.7.verſ. idem Philip.& ita conſuluit Grat. conſ.160.in fin.verſ.ſexto quæritur.lib.2.vbi ſimpliciter alleg. Dec.conſ. præalleg.

Sed dum incidenter Dec.& Cagnol.dixerunt præſumi hæredem redemiſſe de proprijs pecunijs, & comprobat Tiraq.loco præalleg.nu.87.hoc dictum adhuc videbatur egere maiore diſcuſſione: & poſſet interim videri Roman.conſ.276.col.2.verſ. quoad nonum. Soc. conſ.16. in princ. lib.3. Alex.conſ.82.nu.13.lib.2.Cott.pulchrè Memoral.verſ.Hæres grauatus.Roy.conſ.152.in fin.lib.5.Soc.Iun.conſ.109.nu.22.lib.1.

SEPTIMO, quæritur an ſubſtitutio facta in bonis immobilibus procedat etiam in pecunijs ex fundis receptis, & ad fundos deſtinatis: & an hæres, qui ex ordine teſtatoris poterat certam rem alienare pro debito ſoluendo, ſi illud de ſuo ſoluit, poſſit rem pro ſe retinere, vel ad ſuos hæredes tranſmittere: an verò debeat res talis ad ſubſtitutum peruenire. Reſpond.ſuper his quæſtion.pulchris, & ſubtilibus, extare conſil. Soc.Iun. conſ.120.lib.j. vbi latè ſcripſit, ibi legi poteſt, ne tranſcribam. & Siluan. conſ.64. vbi tractat de fideicom. ſuper pretio bonorum redimendorum, reponendo in tot alia bona, quæ fideicommiſſo ſubiaceant.

OCTAVO, quæritur iuxta prædicta, an ſi hæres conſolidauit ius vtile emphyteoticum, ſeu liuellarium cum directo hæreditario ob acquiſitionem per eum factam ab emphyteota dictum vtile dominium tranſeat ſimul cum directo in fideicommiſſarium, ſi velit ipſe fideicommiſſarius reſtituere pretium hæredi inuito: an verò hæres ipſe poſſit dicere velle remanere emphyteotam loco primi. Reſpond. Iſte eſt punctus ſubtilis, de quo memoria teneo me aliàs bis fuiſſe interrogatum ex facto. Inducebã ad propoſitum tradita à Tiraq.de Retractu conſangu.verſ.Finis. nu.105. verſ.vigeſimoquinto.nu 112.verſ. vigeſimoſexto. &.§.10.gloſ.j. nu.18. & ſeq. & Nouell. in Tract. eodem de iure congrui.in princ.nu.137. Non enim tunc reperiebam Deciſ.in terminis.Sed poſtea editis conſ. Beltrandi, inueni ſuper hoc puncto per eum fuiſſe conſultum: vnde experientia didici in hac noſtra legali profeſſione neceſſariam eſſe multorum librorũ copiam, iuxta dictum Oldr.conſ.84.vbi inter alia refert Hieronymum in Epiſt.dicentem, Vtinam omnium tractatuum haberem volumina, vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia compenſarem.Nam & Felin.dicere ſolèbat, quòd debemus reſpondere per ſpeciales deciſiones, non per generales regulas, more pauperum Doct. & alibi, quòd licet cumulatio deciſionum diſpliceat ingenijs eleuatis, tamen in actu practico laboramus, vt inueniamus deciſionem: quia conſulere ſecundum regulas eſt Doctoris poſitiui, quos vulgus Procuratores appellat: ſed conſulere ſecundum

deciſionem

deciſionem in terminis eſt doctiſſimi Doctoris. Brun. etiam in Tract. de ſtatut. exclud. fœm. referebat ſolennem Doct. D. Baptiſtam de S. Seuerino dicentem audiuiſſe à peritiſſimis viris, quòd non eſt minus tutum adhærere deciſionibus, quæ reperiantur in indiuiduo, quàm regulis. Beltrandi autem conſilium extat in noui. lib. j. conſ. vlt. incip. Viſo conſultationis.

NONO, quæritur iuxta prædicta è contrario, an ſi hęres grauatus conſolidauit proprietatem cum iure vtili, acquirendo proprietatẽ à domino directo, in reſtitutione fideicommiſſi veniat etiam dicta proprietas vel hæres poſſit dicere velle remanere dominum directum, & habere fideicommiſſarium pro emphyteota, & liuellario. Reſpond. Adhuc non reperiri deciſionem in terminis: ſed ad propoſitum induci poſſent tradita in ſimili à Tiraq. de Retract. §. j. gloſ. 7. nu. 62. verſ. Nec tantum dubij eſt & præalleg. verſ. Finis. nu. 112. Illa enim materia retractus benè adaptari poteſt noſtræ materiæ, vt aparet ex legibus, & doctrinis ibi frequenter adductis. Quãdo igitur occurreret caſus ex facto, elici poſſet deciſio ex locis præalleg. poſt enim Tiraq. adeò indefeſſum, & diligentem meſſorem fruſtra fieret ſpicilegium. Non tamen hoc in loco omiſerim, quòd ſimilem q. quæ magis adaptatur puncto noſtro: an vaſallo, apud quem reperitur feudum antiquum ex diuiſione, acquirente proprietatem, & directum dominium, extinguatur feudum etiam in præiudicium agnatorum examinauit Roy. ſubtiliter more ſolito, conſ. 7. nu. 11. verſ. His igitur ſic pręmiſſis. lib. 2. dicens, quòd hoc dubium non reperit deciſum, nec declaratum. & diſtinguit, aut directum dominium eſt quæſitum dicto feudatario ex diſpoſitione legis, aut ex diſpoſitione hominis, puta ex contractu, vel vltima voluntate, vt ibi per eum, vbi nu. 12. circa fin. æquiparat fideicommiſſarios, & agnatos: & eius diſtinctioni quadrãt tradita per Tiraq. d. nu. 112 verſ. de qua re ſcribit etiam Molend. vbi tamen Royni non meminit. Et quia iſta q. præſupponit fideicommiſſum in bonis emphyteoticis videantur dicta in. q. ſeq.

DECIMO, quæritur an teſtator poſſit facere fideicommiſſum, & prohibere alienationem bonorum emphyteot. & liuellariorum, ideſt, quæ ipſe tenebat ad liuellum. Reſpond. Ego aliàs iam multis annis elapſis fui interrogatus à D. Virgilio de Comitibus, ex facto ſuper hoc puncto: & reperi Rip. in l. filiusfam. §. Diui. nu. 91. ff. de leg. j. ponentem hanc. q. Eandem poſuit Alciat. ibi, verſ. ſed nunquid emphyteota, quamuis de Ripa nullam fecerit mentionem: ipſe tamen Alciat. contrarium tenuit cõſ. 258. nu. 5. 16. Sed certè quando dominus ipſe acquiſiuit (prout fuerat in illo meo caſu) hæc opinio pro domino magnam æquitatem, & honeſtatem habet, quam adhuc ſequerer, ſi iterum caſus accideret.

Et poſt

Et poſt eorum mortem, & in vniuſcuiuſq; portione.

VNDECIMO, quæritur an ſi non eſſent addita illa verba, Et in vniuſcuiuſq; portione, illa verba, Poſt eorum mortem, reſoluerentur in ſingularitates, ac ſi dixiſſet, Poſt vniuſcuiuſq; mortem, &c. Reſpond. articulus eſt difficilis, & examinatur latè per Doct.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.& in.l.Lucius.§.Caio.eod.tit.Concluſiuè videtur poſſe dici, quòd reſoluatur in ſingularit.vt tradit Torniel.in.d.§.cũ ita.nu.5.verſ. aliquando,& ſecundo.vbi limitat.Rip.nu.129.Zanch.nu.552.561.& cõſuluit Alex.conſ.117.nu.1.verſ.Vnde illa dictio, Eorum,lib.j.conſ.204. vbi Apoſtil.lib.2.& pulchrè conſ.167.nu.2.9.& ſeq.& conſ.17.in princ. lib.5. Roy.conſ.115.nu.12.lib.3.& conſ.144.nu.7.lib.2.& conſ.154. nu.10.lib.j Corn.conſ.32.nu.2.lib.2.Pariſ.conſ.18.nu.59.& ſeq.lib.2.

Ad tollendam tamen difficultatem addita ſunt illa verba, Et in vniuſcuiuſq;, &c. Iuxta tradita per Corn.conſ.165.col.j.lib.2. Alex.d.conſ. 17.lib.5.Soc.conſ.76.nu.2.lib.3.Aemilian.conſ.70.nu.1.& ſeq.& conſ. 33.nu.9.& ſeq.Roy.conſ.120.nu 12.in fin.lib.j.Hipp.in apoſtil.conſ.Riminal.28.litera E.

DVODECIMO, quæritur an ſi teſtator non addidiſſet illa verba, Vulgariter,& per fideicommiſſum: propter illa verba, Poſt eorum mortem,&c, filij filiorum inſtitutorum intelligerentur ſubſtituti eorum patribus ſolùm per vulgarem ſubſtitut.iuxta.l.gallus.§.quidam rectè.ff.de lib. & poſth.vel etiam per fideicom.vtilitas eſt euidens, vt docet Pau.Caſt.d. .§.quidam rectè. Reſpond. intelligi debere etiã per fideicom. Curt.Iun. conſ.48.nu.4.vbi fortius loquitur in ſola dictione, Poſt eos,quaſi importet tractum ſucceſſiuum temporis in futurum, vt per eum ibi, qui tamen alibi in.l precibus.nu.46. de hoc dubitauit. Sed cum eo in illo caſu conſuluit etiam Dec conſ.431.quem refert, & probat Alciat.d.§. quidam rectè.nu.35. verſ. Idem ſi copulæ. & nu.36.verſ. Idem ſi dictum. & nu.38. verſ.Si enim teſtator. vbi tangit de verbo. Succeſſiuè. & in conſ.201. nu. 45.46.& conſuluit Roy.conſ.99.nu.10.lib.2. quamuis illo ſuo caſu limitet non procedere propter alia verba adiecta. Mazol.inter conſ. Soc.Iun. conſ.144.nu.27.lib.3.vbi æquiparat, Poſt mortem, & Poſt te. Soc.conſ. 12.nu.15.verſ.ex quibus infero.lib.3.vbi loquitur fortius, quãdo tacitè: & ſubſcripſit Roy.conſ.174.nu.13.lib.2.Anan.conſ.37.in princ. Reperio tamen, quòd circa hoc vltimum in dictione, Poſt eos, contrarium tenuit nouiſſimè Alb.cõſ.29.in primo dub.& nu.8.ad illas dictiones, Poſt, & Succeſſiuè, reſpondet, quòd faciunt ſubſtitutionem compendioſam, quando eſt adiecta mentio mortis,vt loquuntur (ſecundum eum) Docto-

res allegati in contrarium: ſecus autem ſi dicatur, Poſt eos: quia talia verba nou inferunt neceſſariò fideicommiſſariam. Sed quoniam ipſe non viderat, vel non meminit de Curt.Iun.Dec.Roy. Alciat.qui expreſsè loquũtur in dictione, Poſt eos, non videtur in conſulendo,& iudicando temerè recedendum à præallegatis. De dictione iſta, Poſt, plura tradit Tiraq.in.l. ſi vnquam. verſ. & poſtea.C. de reuoc. donat. vbi tamen quoad noſtrum propoſitum meminit ſolùm Dec. d. conſ.431. referens eum ex hoc conſuluiſſe in pulchro caſu nu. 19.circa fin.& nu.23.in vltimis verbis,vbi iterùm in addit.fecit mentionem conſ.Dec.præalleg.

TERTIODECIMO, quæritur an ſi teſtator vocauit etiam filios naſcituros, & poſt eorum mortem ſubſtituit, verificetur ſubſtitutio filijs non natis. Reſpond. Quoad fideicommiſſariam Soc. conſ.76.col.3.verſ. aut iſti volunt admitti ex fideicommiſſaria, lib.3. defendit non purificari ſubſtitutionem.

Sed contrarium etiam in fideicommiſſaria tenuit ipſe Soc.conſ.52.col. penult.lib.j.refert,ac ſequitur Dec.conſ.227.nu.11.verſ.& in terminis,q. noſtræ: vbi conſuluit Florentiæ in celebri cauſa illorum de Bardis de Aluernio: & Soc.Iun.conſ.181.nu.44.verſ. Quarto etiam probatur. lib.2. vbi refert, & comprobat illud conſ.Decij. Attamen in illa cauſa pro parte aduerſa conſuluit Roy.conſ.175.nu.5.verſ.quoniam vt dictum eſt, lib.2. & Alciat.conſ.49.nu.11.vbi refert alias reprobaſſe illud conſ.Dec 227. qui pro illis de Aluernio, reſponderat, vt habetur in lib.3.de verb. ſignifi. in primo axiomate. Ego tamen ſequor opinionem Dec.& Soc.Iun. Quã etſi non ex verbis, ſaltem ex coniectura mentis veriorem eſſe intelligit, & fatetur ipſemet Alciat.loco præalleg.pag.75.verſ.ſed & ſi ſub verbis. Quinimmò ipſemet poſtea in quarta principali Regula,pag.86.verſ.in ſubſtitutione verò fideicommiſſaria retulit Soc.d.conſ.52. & Dec.d.conſ.227. & dixit hæc verba formalia, In quam ſententiam & nos quoq; tranſeundum putamus: & verè ita tranſijt alibi conſ.494. nu.11.in fin.verſ. Idq; etiam in fideicom.cum qua opinio videtur etiam tenere Curt.Sen.cõſ.51 nu.28.& clarè ſequitur Paris.conſ.70.nu.20.verſ.ſed illud potiſſimum per eum relatum conſiderandum eſt,lib.2. Quo verò ad ſubſtitutionem vulgarem concluſio clarius procedit. Nam in illa cauſa fideicom. Clariſs.D. Leonardi de Portis, de qua ſuperius in prima.q.feci mentionem, inter alia teſtamenta, extabat teſtamentum D.Franciſci de Portis Senioris, ex quo oriebatur hæc quæſtio. Ego (ſimul cum alijs Excellentiſſimis DD. Coaduocatis) defendebam ſubſtitutionem vulgarem fuiſſe purificatam, & ita fuit iudicatum per præſtantiſſimum D. Tiberium Decianum, tunc Vicarium Mag.& Clariſs.D. Poteſtatis Vicentiæ, & nunc in Gymnaſio Patauino,vt notum eſt omnibus, Lectorem eminentiſſimum.

Vſque

Vſque in infinitum.

QVARTODECIMO, quæritur an fideicommiſſum extendatur vltra decimum gradum. Reſpond. Dec. conſ. 321. nu. 2. tenuit non extẽdi, loquens in fideicom. relicto proximiori maſculo ipſius teſtatoris de parentela de Puteo: quod reſponſum tanquam pulchrum, & notabile refert & comprobat Tiraq. de Retract. §. *j*. gloſ. *9*. nu. 24. In illo tamen caſu contrarium conſuluerat Alexandrin. cum Curt. Iun. vt refert ipſe Alexan. in l. gallus. §. quidam rectè. fol. 11. col. 2. ver. Sed hic quæro. vbi facit mentionem de conſ. Dec. prælleg. ad aliud tamen propoſitum. ff. de lib. & poſth.

Sed in ſpecie Didac. Var. Reſol. lib. *3*. cap. 5. pag. 771. verſ. quinto, inquit, reſponſum Decij poſt Anchar. & Bald. minimè eſſe obſeruandum æquiſſimè defendi poſſe, inſpecta teſtatoris voluntate, ſimul & conſiderata communi horum fideicommiſſorum interpretatione.

Ad tollendam tamen difficultatem adduntur ſupraſcripta verba, Vſq; in infinitum. Et ita tradit Rip. l. filiusfamil. §. Diui. nu. 112. verſ. tertio reſtringitur. ff. de leg. j. loquens in prohibitione alienationis, vt per eum ibi verſ. Tu autem dicas. De quo puncto quando eſt facta mentio de familia, & deſcendentibus tradit Didac. loco prælleg. pag. *769*. verſ. ſecundum. Natt. conſ. 437. in princ. Crot. d. §. diui. nu. 174. vbi refert fuiſſe diſputatã q. in Bonon. Gymnaſio per quendam ſuum diſcipulum: & in locis prædictis conſequenter tractatur de natis, vel conceptis tempore mortis teſtãtis, vel tempore purificati fideicommiſſi conditionalis: & plura cumulat Tiraq. de Retract. §. j. gloſ. *9* nu. *95*. & ſeq. Et ſecundum prædictam declarationem, quòd propter verbum exprimens perpetuitatem; fideicomiſſum extendatur vltra quartam generationem, & decimum gradum in infinitum, nouiſſimè. reſpondit eleganter Gribal. inter conſ. Port. conſ. 40. nu. 6. 28. cuius reſponſum fuit probatũ etiam per alios Excellentiſs. Doct. vt patet ex ſubſcrip. Tradit Dur. de arte teſtan. tit. 8. cap. 2. nu. 2. verſ. Et expedit adijcere etiam vltra decimum gradum, & in infinitum.

An autem ſubſtituto proximiore de familia, intelligatur ſolùm de primo admiſſo, tradit Crauet. conſ. 161. conſ. 180. conſ. *98*. Bal. conſ. 246. conſ. 273. lib. 3. in antiq. Brun. in Tract. de rebus dub. fol. 5. Alexandrin. l. gallus. §. quidam rectè col. 4. & conſ. 106. Soc. Iun. conſ. *94*. lib. j. Tiraq. l. boues. §. hoc ſermone. fol. 217. & in Tract. primig. q. 3. Alb. conſ. 51. Alciat. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. vbi refert conſuluiſſe in terminis. & videatur conſ. 529. Port. conſ. 121. Deciſ. Rot. nouiſs. Auguſtini. 579. Puteus lib. 3.

Actiuè, & paſſiuè.

QVINTODECIMO, quæritur quid operentur illa verba, Actiuè, & paſſiuè, apud veteres Iuriſconſ. non reperta. Reſpond. Soc. cõſ. 104. nu. 2. lib. 4. in cap. cuiuſdam ſubſtitutionis in qua dictum fuerat. Et eos, & quẽlibet eorũ. & cuilibet eorũ filios, & deſcendẽtes maſculos legitimos, & naturales in ſtirpẽ, & non in capita ad inuicẽ, & viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõ. Refert habuiſſe illo anno cõſulere in ardua q. de facto (quod conſ. forſan eſt conſ. 69. eod. lib.) in qua tenuit, quòd intentio teſtatoris fuerat, quòd altero filio ſine filijs decedente, alter filius, ſeu eorum filij, & eorum deſcendentes cenſerentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, & ſic in ſingulis filijs. ſi decederent ſine filijs, alter, & eorum deſcendentes cenſerentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo: & ſic quòd illa verba, Ad inuicem, & viciſſim verificabantur ex eo, quòd quilibet ex filijs cum deſcendentibus ſuis erat alteri ſubſtitutus: & ſic vtrinq; eadem erat ſubſtitutio: & dicitur reciproca, & inuicem facta reſpectu filiorum, cum deſcendent. ordine ſucceſſiuo: & ad hoc dicendum mouebatur, quia teſtator mentionẽ fecerat de deſcendentibus filiorum in ſubſtitutione actiua, & non in ſubſtitutione paſſiua, in qua imperſonaliter facta eſt ſubſtitutio, vnde voluit actiuè ſubſtituere aliquo filio decedente, alterum, ſeu alios, & eorum deſcendent. non autem paſſiuè, quòd alteri filio. & eius deſcendentibus voluerit ſubſtituere. Hoc modo loquendi poſt Soc. vtuntur ſæpè nouiſſimi: ſed & prius vſi fuere Bar. Bal. allegati à Zanch. §. cum ita. nu. 148. & alibi Bar. §. qualiter. in auct. quib. mod. fil. effit. ſui Signor. conſ. 188. Alciat. conſ. 98. conſ. 526. Corn. conſ. 38. lib. j. Soc. Iun. conſ. 78. conſ. 81. lib. 3. Iaſ. conſ. 228. lib. 2. Paris. conſ. 52. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 3. Hierony. Alban. conſ. 1 cum ſimilibus prætermittendis.

An verò Soc. illo ſuo caſu benè reſponderit eſt valdè dubium nam contra eum nouè. inſurgit Soc. Iun. conſ. 78. lib. 3. vt aduertit Zanch. nu. 753. & conſ. 136. nu. 31. eod. lib. Pro Socino tamen faciunt ad propoſitum tradita per Iaſ. d. conſ. 228. & in illo caſu Roy conſ. 102. lib. 2. Riminal. conſ. 224 nu. 57. & conſ. 42. & conſ. 326. & per eundem Soc. conſ. 62. nu. 1. ver. quare difficultas. lib. 3. Mihi tamen magis placet opinion. contra Socinum, propter generalitatem verborum, vt conſiderauit Soc. Iun. d. conſ. 78. nu. 25. verſ. primum oſtenditur: & ita etiam videtur prius conſideraſſe Roy. conſ. 142. nu. 13. verſ. Nam illa verba, ſeu ipſorum filios ſunt diſpoſitiua, & generalia: Crot. conſ. 143. nu. 19. verſ. ponderando, quòd iſta clauſula in fin. poſita: faciunt etiam tradita per Zanch. nu. 796. verſ. ſed tamen contra. Ad tollendam tamen difficultatem adduntur ſupra ſcripta verba, Actiuè, & paſſiuè.

Ordine

Ordine ſucceſſiuo.

DECIMOSEXTO, quæritur de effectu illorum verborum, Ordine ſucceſſiuo. Reſpond. quòd declarant ne intelligantur vocati omnes filij, liberi, & deſcendentes ſimul, & eodẽ tempore; ſed teſtator expreſsè videatur voluiſſe ſe conformare cum ordine ſuccedendi legali ab inteſtato, iuxta tradita per Doct. in l. gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. cuius legis ſenſus, cùm in difficili, & obſcuro eſſet ob multiplices interpretum nugas; facilem, clarumq; reddidit ſuis breuiſſimis commentarijs Lælius Taurellus verè Iuriſconſ. ætate noſtra priſcæ ſcientiæ, & virtutis meritò cũ honoris titulo nominatus ab illo honoratiſs. Tiraq. in ſuis Com. de Nobilitate. Aequipollent enim ſupraſcripta verba clauſulæ (eo modo, quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent) de qua per Dec. conſ. 79. vbi conſuluit ſuper fideicom. D Simeonis de Portis Senioris: cuius conſilij meminit Dur. de arte teſtam. tit. 5. cap. 27. in fin. verſ. At ſi contrarium velit. & faciunt ad idẽ tradita per eundem tit. 4. cap. 3. nu. 2. verſ. & ſi dicat eos ſecundum iuris ordinem velle ſuccedere. & dicti conſilij Decij in ſpecie facit mentionem Didac. in Pract. quæſt. cap. 38. pag. 270. verſ. octauo eſt aduertendum. Paris. conſ. 37. nu 53. & conſ. 38. nu. 17. & ſeq. & conſ. 40. nu. 14 lib. 2. Et de ſimili clauſula, Ad quos de iure ſpectat, loquitur idem Paris. conſ. 3. nu. 13. lib. 3. Alex. conſ. 126. Brun. conſ. 11. nu. 16. Alciat. conſ. 774. Ad quos de iure debet peruenire. Iaſ. conſ. 159. nu. 2. in fin. verſ. iſta multò fortius. l. 4. Torniel. inter conſil. Port. conſ. 121. nu. 2. & Port. ipſe conſ. 11 . in princ. Secundum iuris diſpoſitionem Soc. Iun. conſ 116. lib. 3. Anchar. conſ. 432. 377. 311. Alex. conſ. 101. nu. 12. lib. 7. & in illo caſu Cornel. conſ. 304. lib. 3. Soc. conſ. 49. nu. j. lib. j. Et de iſta clauſula, Ordine ſucceſſiuo, Alciat. conſ. 523. nu. 10. vbi ait, quòd dicta verba nunquam ſubintelliguntur, niſi expreſſa ſint à teſtatore: & de hac clauſula iuncta clauſulæ, ſalua gradus prærogatiua, ſcribit Dec. conſ. j. nu. 6.

Sed quoad prælegatum conſil. Decij 7 . factum ſuper fideicom. d. q. D. Simeonis non omitto, quòd cùm in cauſa fideicom. Clariſs. D. Leonardi de Portis, de qua feci mentionem ſuperius in q. j. 13. inter alia, tractaretur de illo fideicom. & prædictus Clariſſ. D. Leonardus tanquam proximior in gradu prætenderet præferri omnibus alijs competitoribus, ex aduerſo allegabatur d. conſ. Decij: ſed ego ſimul cum alijs Excel. DD. Coaduocatis defendebam prætenſionem prędictam tanquam iuri conformem: conſiderans attendendam forè proximitatẽ reſpectu grauari defuncti non autem ipſius D. Simeonis teſtatoris aſcendentis: ad quam rationem Dec. in illo conſilio non aduerterat, nec conſiderauerat. De proximitate verò grauati attendenda, inferius ſuo loco dicetur.

Decimoſeptimo

DECIMOSETTIMO, quæritur an in fideicommiſſo appellatione filiorum veniant nepotes. Reſpond. quòd in hoc articulo valdè controuerſo, reſolutio eſt, aut intelligimus an veniant actiuè ad cōmodum fideicommiſſi, & veniunt ſi ipſi filij, eorum patres, nunquam fuere admiſſi. Nā ſi fideicom. ſemel habuiſſet locum in perſona filiorum, tunc nepotes non venient: ita conſuluit Vicentiæ Soc.Iun.conſ.146.nu.7.& ſeq.lib.2. vbi refert ſecundum dictum conſilium fuiſſe iudicatum: & recordor, quòd cùm eſſem eius ſcholaris Paduæ, faciebat mentionem latè de illa ſententia: contrarium enim conſuluerat Clariſſ. D. Nicolaus de Clericatis, & quidam alij Doct. & recordor etiam, quòd cum poſtea eundem Clariſſ. D.Nicolaum cubantem in lecto podagricum viſitaſſem (erat enim oraculum ciuitatis) & incidiſſet de illa ſententia mentio, dicebat malè fuiſſe iudicatum, & referebat ſuum fundamentum factum ſuper illa doctrina, quod fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur: ſed Socinus Iun. in ſuo conſilio, quamuis huic etiam fundamento reſponderit, attamen ex alio principali fundamento, ſuper vocatione ipſorum teſtatoris nepotum ex propria perſona, motus fuerat, vt patet in conſ.præalleg. nu.6. verſ. Dico igitur iſtos nepotes ex propria perſona eſſe admittendos. Nihilominus tandem negari non poteſt quin dicta ſententia reddatur valdè dubia, in terminis quando ſuperſunt patrui. Et ideò nouiſſimè Zanch.d.§.cum ita.nu.228.verſ.ſed vt hoc obiter dicam. poſtquam retulit Soc.Iun.d.conſ.146.lib.2.tenentem venire nepotes (licet ſuperſint patrui) ſubdentemq́; ita fuiſſe in caſu illo obtentum, inquit eſſe aduertendum, quòd contrarium ipſemet Soc. Iun. tenuit alibi, & alios etiam contrarium tenentes addit: pro cuius tamen declaratione, ait eſſe videndū Roy.conſ.35.nu.15. lib.1. & quoniam incidenter occurrit meminiſſe de præſ. Clariſſ.D Nicolao de Clericatis, nolo obiter ſubticere, quòd alter D.Nicolaus de Clericatis Senior de anno. 1444. fuit digniſſ. Poteſtas in ſplendidiſſ. ciuitate Florentia, cuius inſigna cum honorario titulo, extant in ſecunda columna atrij Palatij Poteſtatis. Et ſuper eius fideicommiſſo conſuluit Paris.conſ.26.lib.2.incip. Ex tenore teſtamenti ſolenniter conditi per Mag.Equitem, & clariſſ.Doct.D.Nicolaum de Cleregatis.

Redeundo ad propoſitum, Aut intelligimus an nepotes veniant paſſiuè ſub grauamine, hoc eſt, ſi grauantur filij, cenſeantur grauati etiam nepotes; & tunc res videtur magis clara, quòd non veniant. Dec.conſ.95.& alibi ſæpè. Alciat.conſ.526.nu.2.verſ.ſecundus eſt caſus.& cōſ.98.nu.10 & in.d.liberorum.ff.de verb.ſign.cum diſtinctione tamen, & limitatione, vt per eum: de quo articulo videri etiam poterit Zaſi. conſ.7. lib.j. &.l.2. verſ.Demarathi.pag.383.ff.de orig.iur.Tiraq. de primig.q.40.nu.57. & ſeq.Grat.conſ.101.nu.31.lib.2. & Natt. egregiè conſ.602.nu.12. verſ.

circa

circa ſecundum. vbi declarat,& reſoluit vnum obiectum,quod videbatur valdè obſtare concluſioni factæ ſuperius in primo mēbro, vt tradit Bero. cap.Raynutius.nu.319.de teſtam. Zanch.d.§.cum ita.nu.239. Alb.conſ. 29.nu.9.verſ.circa ſecundum. Paris.conſ.52.nu.14.verſ. ſecunda principalis difficultas. lib.3. vbi tenet, quòd veniunt etiam ſub grauamine: faciunt tradita inferius.q.19.

DEcimooctavo, quæritur iuxta prædicta, an in fideicom. filius intret in locum, & gradum patris. Reſpond. In hoc articulo quotidiano reſolutio communis eſt: aut loquimur quando tractatur de ſuccedendo aſcendenti, vel patruo, & tunc intrat: aut loquimur quando tractatur de ſuccedendo alijs tranſuerſalibus remotioribus, vt patruo magno patruelibus, & ſimilibus, in quorum ſucceſſione ab inteſtato filius non intraret locum patris: & tunc non intrabit in fideicom. ita Dec.cōſ. 217.vbi declarat dicta per eum in conſ.j.Dur.de arte teſtan.tit.5.cap.27. nu.1.verſ.ſed contrariam opinionem veriorem eſſe arbitror. Benintend. Deciſ.88.nu.3.verſ.eandem opinio. Cartular. inter conſilia Port.cōſ.52. nu.4.& ſeq.Cephal.conſ.16.nu.32.& conſ.283.nu.18.Val. conſ.68.nu. 33.lib.j. Didac.in Pract.quæſt.cap.38.pag.267.col.2.verſ.ſed hæc ratio. Tiraq.de primig.q.40.nu.191.& ſeq. Crauet. conſ.67.nu.5. Et ſecundū hanc diſtinctionem ego conſului Baſciani in cauſa de Compoſtellis, vbi erat.q.inter pronepotes teſtatoris ex fratre, & abnepotes ex alio fratre, pro ipſis pronepotibus, & ita ſecundum meum conſilium fuit iudicatum per Excellentiſſ.D.Torellum tunc Paduæ legentem, cui cauſa de conſenſu partium commiſſa fuerat decidenda.Et ita aliàs deciſum fuit in Rota Florentina, vt habetur in Motiuis,lib.12.nu.247.& lib.10.nu.97.

Et ſi vnus dictorum eius filiorum inſtitutorum, vel vnius filij, &c.

DEcimonono, quæritur teſtator ſuperius prouidit de fideicomm. inter omnes filios, liberos, & deſcendentes vniuſcuiuſq; filiorum inſtitutorum, hic autem prouidet etiam de fideicom. reciproco inter ipſos omnes fratres,eorumq; filios liberos,& deſcendētes.Sed quid ſi expreſsè non feciſſet mentionem de filiorum filijs, &c. an fideic. iniunctum filio decedenti ſine filijs, extendatur etiam vt cenſeatur iniunctum ipſi nepoti ſub eadem conditione ſine filijs decedenti. Reſpond. Punctus iſte frequēter contingit propter imperitiam notariorum, qui neſciunt benè exprimere mentem, & voluntatem teſtatorem. Ad Cott.Memoral. Notariorū imperitia. Aret.pulchr. conſ.vlt.in fin.verſ. Et ego ipſe ſum expertus hoc eſſe verum. Crauet.cōſ.306.in vltimis verbis. Pau.Caſt.in.l.fin.C.de ind. vid.toll.Decretum Concil. Trident.Seſſione,22.cap.10.cùm notariorum imperitia

imperitia plurima damna, & multarum occaſio litium oriatur, &c. ideò laudandus eſt ille teſtator, qui curauit habere conſilium ab Aretino, nec fuit ſimilis illi, de quo apud Scæuolam Iuriſconſ.l. Lucius.§.fin. ver. hoc meum teſtamentum, ſcripſi ſine vllo iuriſperito,&c. vbi Accur. inquit, Audi ſtultum teſtatorem non tamen ei prodeſt ſua ſtultitia.ff.de leg.2.faciũt, quæ ad propoſitum de Scæuola aduocando in conficiendis teſtamentis innuebat M.Tullius in Bruto, & Didac. in Pract. quæſt.cap.38. in princi verſ. vel peritorum conſilio deſtitui.

Sed redeundo ad propoſitum, Notarij putant, quòd illa verba, Si dicti filij me' moriantur, ſine filijs, &c. importent idem, ac ſi ſcribatur, Quandocunq; non extarent, ſeu deficerent, vel non remanerent aliqui filij, liberi, & deſcendentes in infinitum, ex dictis filijs inſtitutis, de quibus verbis dicetur inferius. q.22. non aduertentes, quòd obſtant illa verba reſtrictiua ad tempus mortis ipſorum filiorum, videlicet, Si dicti filij inſtituti morientur ſine filijs, &c. putant enim ſæpè vulgares (vt ait Soc.Iun. conſ. 75.nu.26.lib.3.) Fideicom. ab aliquo factum procedere, & habere locum inter omnes ſuos deſcendentes. Igitur in.q. propoſita pro parte negatiua non extendi, ſed expirare, moriente filio grauato cum filijs, eſt celebre conſ.Oldrad.21.cum multis ſimilibus ſequacibus, de quibus per Dec.cõſ. 377. vbi conſuluit Florentiæ, & alibi ſæpè. Sed difficultas ſolet oriri quoties ex aliquibus coniecturis videtur apparere de alia mente, & voluntate teſtatoris: de quo in ſpecie tangit nouiſſimè Zanch.d.§.cum ita. nũ.739. 752.763.

Ego vero iam multis annis elapſis in cauſa Illuſt. Com.Iulij Seſſij, quæ contro vertebatur Ferrariæ ſuper fideicom.Illuſt.Com.Franciſci de Seſſio conſultus à præd Mag.Com.Iulio pro iuſtitia, & veritate: Reſpondi, fideicom. illud non cenſeri extinctum mortuo Com. Gaſpare filio inſtituto, relicto Com. Franc. eius filio: ſed immò verificatum fuiſſe etiam per obitum d.Com.Franc. ſine filijs: & mouebar ex cõiecturis euidentiſſimis reſultantibus ex prouiſione dicti Mag.& prudentiſſ. teſtatoris ſuper conſeruatione perpetua bonorum in nobiliſſ.& illuſt. Familia ſua Seſſia: adeò quòd deficiente linea maſculina, fœmina maior natu acciperet vnum nobilem in maritũ, qui ſe vocari faceret de domo, & familia Seſſiorum, &c. cui quidem conſilio meo poſtea ſubſcripſit Clariſſ.& celeber. D. Ferdinandus de Thiennis, quamuis prius recuſaſſet ſcribere pro præf. Com.Iulio. Viſo etenim meo conſilio, mutauit ſententiam, & opinionem meam cõprobauit. In ea tamen cauſa fuit variè iudicatum poſt multorum dubiorũ reſolutionem à nobis factam. Primus enim Iudex pronunciauit contra fideicom. Secundus autem Iudex noti, & magni nominis doctiſſ. ac integerrimus D.Paulus Leonius vnus ex Conſiliarijs Iuſtitiæ Illuſtriſſ.& Excellentiſſimi

tiſſimi Ducis Ferrariæ, pronunciauit, & rectius, pro fideicom. Tertius Iudex confirmauit ſententiam primi Iudicis, non obſtante elegantiſſimo cõſilio Cranetæ, qui nouiſſime ſcripſerat pro parte noſtra. Ego tamen, cùm mihi poſt aliquot annos ſimilis caſus proponeretur inter Compoſtellas de Baſciano, iterum pro eadem parte cõſului ex eiſdem ferè fundamentis, & coniecturis, licet minus vrgentibus; & ita fuit iudicatum per Clariſs. D. Torniellum tunc legentem in Gymnaſio Patauino, cui de cõſenſu ambarum partium cauſa fuerat commiſſa pro deciſiõne, & reperio idem in illa cauſa conſuluiſſe Mant. conſ. 240. lib. 2. poſtea impreſſo, Et iterum nouiſſimè anno proximè præterito in alio caſu non diſſimili ſuper fideicom. q. Nobiliſſ. & Illuſt. Equitis D. Ioannis de Thiennis Sen. requiſitus à Mag. Com. Odoardo de Thiennis (benigno permiſſu Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principis Florentiæ non obſtantibus legibus Rotæ) ſuſcepi munus conſulendi, & pro eadem parte Reſpondi, fretus maximè auctoritate graui tantorũ Doctorum, qui pro fidecom. iudicarunt. Addo nouiſſimè Crot. conſ. 58. Excellentiſſ. Decianum inter conſilia Port. conſ. 44. col. 2. verſ. & quoad primum. & ipſum Port. conſ. 46. nu. 20. verſ. ſecundo non vrget, & nu. 26. verſ. ſed ſcrupulum maximum. Anchar. conſ. 252. nu. 3. in fin. & nu. 14. Pulchrè quando teſtator voluit bona conſeruari in domo. Ad materiam huius q. faciunt tradita ſupra q. 17.

VIGESIMO, quæritur an filij liberi, & deſcendentes poſiti in conditione intelligantur vocati diſpoſitiuè ad fideicom. Reſpõd. Soc. in l. cum auus. nu. 112. ff. de cond. & demonſtr. latè examinauit articulum: & Corſet. in Reper. Abb. verſ ſubſtitutio, vbi in vltimis verbis concludit nõ cenſeri vocatos diſpoſitiuè, & atteſtatur ita aliàs conſuluiſſe, & ita obtinuiſſe. Eſt verum, quòd iſta concluſio ſolet limitari niſi & ipſi filij poſiti in conditione eſſent grauati, vt per Bar. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. quam opinionẽ eſſe canonizatam à Doctor. Peruſinis atteſtatur Soc. in l. cum filio fam. ff. de leg. j. Solet etiam limitari in quampluribus alijs caſibus, de quibus nouiſſimè per Zanch. in d. §. cum ita. nu. 704. & ſeq. vbi ſupra. xx. limitationes recenſuit, & contra illam limitationem de verbo, maſculis deciſum fuit aliàs in Rota Florentina, vt habetur in Motiuis lib. 7. nu. 45. & de materia lib. 6. nu. 30. & lib. 10. nu. 114. Tradit etiam Didac. in cap. Raynutius. §. 3. pag. 327. Clari. tit. de teſtam. q. 77. Gribal. Decian. Torniel. Por. inter conſilia ipſius Port. conſ. 40. & ſeqq. Hierony. Alban. conſ. 26. nu. 9. Cephal. 9. 251. nu. 72. & ſeqq. vbi ponit quinque, aut ſex limitationes. Natt. cõſ. 551. col. 3. verſ. circa primum. Alb. conſ. 86. nu. 11. & conſ. 87. nu. 10. & ſeq. Et ego in illa cauſa fideicõm. Clariſſ. D. Leonardi de Portis, de qua ſuperius in q. j. & alibi feci mentionem, defendebã ſimul cum alijs Excellentiſſ. DD. Coaduocatis hanc cõcluſionem ſuper fideicom. D. Petri

D de Verlatis

de Verlatis, ex quinque, vel ſex coniecturis reſultantibus ex lectione teſtamenti: & ita pro fideicom. fuit iudicatum per Clariſſ. D. Tiberium Decianum, tunc in cauſa Iudicem, vt retuli ſuperius q. 16. & extat Deciſio Rotę nouiſſ. Auguſtini lib. j. nu. 8. licet quàmplures tenuerint maſculos in conditione poſitos: vbi latè refert motiua, & paret valdè fuiſſe dubitatum, & variatum: tandem atteſtatur die. 18. Martij. 1546. Rotam vnanimiter cõcluſiſſe ex pluribus coniecturis ſimul iunctis, cenſeri vocatos. De illa tamen cauſa, & eadem deciſione idem poſuit lib. 3. Deciſ. 341. Auguſt. In Romana caſalis: & Deciſ. 350. Idem in dicta Romana: vbi refet non obſtante cõcurſu plurium coniecturarũ, propter iuris difficultatem Auditores concordari iuſſiſſe. Et deciſ. 441. Idem in dicta Romana: vbi tandem dixit, ab omnibus acceptatum fuiſſe, & nepotes poſiti In conditione vocati cenſerentur. Curt. Iun. conſ. 87. & alibi ſæpè dixit pro hac opinione ſecundum eius conſilium iudicatum fuiſſe Brixiæ, & ſententiã ab Illuſtriſſ. Senatu Veneto comprobatam: & referunt Gribal. Decian. Port. in conſ. præalleg. Soc. Iun. conſ. 158. nu. 72. lib. 2. vbi ait, quòd prudentiſſ. Magiſtratus Illuſtriſſ. Venetorum, cum ſemper voluntatem teſtatoris ſequantur, hanc opi. vti veriſſimam ſemper amplectuntur. Hinc Mandoſ. in Reg. Cancel. 13. q. 5. in fin. ait Vrbem Venetam eſſe præclariſſimam, & quòd eſt decus, ac ſplendor totius Italiæ; virtutibus, diuitijs, ac religione ornata; & cuius Magiſtratus non aliter admiratus eſt, quàm admiratur, dum legit illos ſuorum antiquorum Romanorum.

VIGESIMOPRIMO, quæritur an quando teſtator excluſit proprias filias ab vniuerſali inſtitutione, eas tantùm dotando, prout fit communiter, & filios maſculos vniuerſales hæredes inſtituendo, verbum, ſine filijs, poſitum in conditione, intelligatur de maſculis tantùm. Reſpond. eſt ardua, & trita q. Quæ aliàs fuit inter Mag. D. M. F. Mag. Com. Antonij de Thiennis, coniugem Mag. Com. Franciſci de Thiennis ex vna: & Mag. eius Patruos ex altera, ſuper fideicom. Clariſſ. D. Leonardi de Thiennis eius Aui. In qua controuerſia maximi momenti, pro ipſa Mag. D. M. conſuluerat Clariſſ. & Celeber. D. Ferdinãdus, & Illuſt. Alciatus ſubſcripſerat: Pro parte verò contraria Soc. Iun. conſ. 168. lib. 2. & Paris. cuius conſiliũ non eſt impreſſum: tandem cauſa fuit ſopita per ſententiam arbitrariam, & tranſactionem. Sed iterum ſimilis caſus euenit, ac eadem q. orta fuit inter Mag. D. S. F. Mag. Com. Hieronymi, coniugem Mag. & Excellentiſſ. Com. Antonij de Thiennis Compatris mei honorandi ex vna: & Mag. eius patruos, & patrueles ex altera: Et ego ſimul cum alijs DD. Coaduocatis defendebam partes neptis. Cauſa tamen pariter fuit ſopita per ſentẽtiam arbitrariam, & tranſactionem, vt abſens poſtea audiui. At cùm eſſem Auditor in Rota Bononien. Rota ipſa Bononien. conſuluit latiſſimè pro

nepte,

nepte, pro Mag.& Excellentiſſ.Doct.D.Aloiſio de Cellenſibus Nob.Piſtorien. nunc digniſſ. Prætore Mantuæ, cuius conſilij componendi onus (ex more officij) ego tunc Prætor ſuſcepi, & ita poſtea iuxta illud noſtrũ conſilium indicatum, & deciſum fuit in Rota Florentina: vt apparet ex ſententia,& Motiuis. Nouiſſimè tamen addo pro eadẽ parte neptis Crot. conſ.17. qui tamen videtur variaſſe, conſ.j. Hierony. Alban. conſ.23.qui variaſſe viſus eſt. conſ.21.nu.10.Cephal.cõnſ.45.46.& conſ.259.nu.57. Iacopin.Riminal.conſ.223.& Siluestr.conſ.ſeq. Alciat.egregiè conſ.528. & de materia tradit Zanch.in.§.cum ita.nu.771.& Soc.Iun.in ſubſcriptione conſ. Mazolli Regien.vbi fecit mentionem de prælleg. ſuo conſ.168. lib.2.de quo etiam fecit mentionem in conſ.91.lib.3.vbi declarat procedere tribus concurrentibus, vt per eum ibi, & alibi ſæpè.

Non omitto poſtremò, quòd Rot.Rom.nouiſſ.videtur iudicaſſe contra neptem, pro agnatis tranſuerſalibus ſubſtitutis, vt habetur in Deciſ. Ptolomei nu.46. Parmenſis bonorum de Garimbertis. vbi non obſtante etiam quòd teſtator dediſſet licentiam filio diſponendi inter viuos,tamen maior pars DD. fuit pro ſubſtitutis contra neptes: dicendo, quòd teſtator conſiderauerat familiam ſuam maſculinam de Garimbertis. Quæ deciſio eſt maximè notanda, dum ibi non erant ſubſtituti deſcendentes, ſed tranſuerſales,propter tradita ab Excellentiſſ.Torniello in.§.cum ita.in fin. ff. ad trebel. vbi allegat Dec. conſ.679. in fin. firmantem opi. pro nepte contra ſubſtitutos tranſuerſales. Et vltra Dec. ita tenuit Iaſ.conſ.142.col. 7.verſ nec in caſu noſtro ſunt ſubſtituti.lib.2. & illo caſu Curt.Sen. conſ. 63.nu.15.verſ.& ideò manifeſtè.& conſ.44.nu.24. Gozad.conſ.89.nu. 4.in fin.Pariſ.conſ.35.nu.16.lib.3. Sed videndus erit Pinel.l.3.nu.24.& ſeq.C.de bon.mater.vbi refert opi.communem quando ſubſtituitur filius vel agnatus, in quo militet conſeruatio familiæ. Ipſe tamen nu.27.ſubdit, quòd ſi ſua valeret ſententia, regulariter opinio Fulgoſ. Pau. & aliorum, de quibus ſupra, penitus reijceretur. Fragile enim eſt eorum præcipuum fundamentum ex verbis dictæ.l.3.& conſequenter tutius eſſe, teſtatoris neptem, vel nepotem ex filia excludi non debere. Nec in ea ſpecie eſſe rationem, quæ tam vrgeat,vt periculoſè diuinando recedatur à deciſione l.j.C.de condit.inſert.&.l.cum acutiſſimi.C. de fideicom. vt ibi latius per eum erudit , ac diligenter reſpondentem obiectis. Nouiſſimè tamen cõtra neptem Reſpondit Alb.conſ.19.per totum, maximè quando conſtaret non ſolùm per coniecturas, ſed etiam ex diſpoſitione expreſſa voluiſſe teſtatorem, quòd bona conſeruarentur in agnatione.

Et ſi

Et ſi futuris temporibus accideret caſus, &c.
Vltimo decedenti in omnibus eiuſdē teſtatoris bonis, & tota hæreditate, &c.

VIGESIMOSECVNDO, quæritur an ad hoc vt inducatur ſubſtitutio reciproca, requirantur duo copulatiuè, quòd fiat ſubſtitutio vltimo morięti, & in tota hæreditate. Reſpõd. Articulus eſt amplus, de quo latè, & vtiliter per Zanch. d. §. cũ ita. nu. 490. 545. 600. 606. 638. & alibi: vbi poſuit regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus. Alciat. conſ. 500. per totum. & in. l. vel ſingulis. ff. de vulg. & pupil. Port. conſ. 46. & in conſilijs præcedentibus aliorum Excellentiſſ. Doctorum. Crot. conſ. 13. 143. Cephal. conſ. 166. & habetur in Motiuis Rot. Florent. lib. 12. nu. 30.

VIGESIMOTERTIO, quæritur quid importent illa verba, Quandocunq; non extarent, vel non ſupereſſent filij, &c. Reſpond. eſſe magnę importantiæ, & effectus, prout declarauit Soc. in. l. ſolemus. ff. de cond. & demonſt. vbi refert, prima vice, qua ipſe conſuluit, ſic tenuiſſe. Et idem conſuluiſſe inſignem Pręceptorem ſuum D. Alex. de Imol. & verè apparet ex Alex. conſ. 53. nu. 8. in fin. vbi etiam ponderat ad propoſitum verbum, In perpetuum, ſeu, Quandocunq;. lib. 6. & conſ. 101. nu. 11. & ſeq. lib. 7. & in illo caſu Soc. conſ. 49. lib. j. & Corn. conſ. 304. nu. 14. in fin. verſ. quãdocunq; contingat non ſupereſſe. lib. 3. idem Alex. conſ. 105. nu. 5. in fin. verſ. nullus remaneret. lib. j. Dec. conſ. 585. nu. 4. vbi refert Soc. in d. l. ſolemus. & præd. conſilia Alex. idem Dec. conſ. 480. nu. 8. Soc. Iun. conſ. 53. nu. 17. lib. 2. Zabar. conſ. 49. Dur. tit. 5. cap. 25. nu. 2. idem Soc. Iun. conſ. 110. nu. 4. & conſ. 114. nu. j. lib. 2. vbi citat Paris. conſ. 18. nu. 43. lib. 2. vbi citat conſ. Soc. conſ. 250. tanquam ſit illud conſ. de quo meminit ipſe Soc. in d. l. ſolemus. ſed verè illud eſſe non poteſt, quia in d. conſ. 250. nu. 5. in fin. oſtendit ſæpè aliàs conſuluiſſe. Signor. conſ. 151. vbi de verbo, nõ ſupereſſent. Alciat. conſ. 499. de verbo, ſi non reperirentur. & conſ. 606. de verbo, in defectum, &c. Zanch nu. 739. verſ. licet inquam, vbi adducit plura conſilia Royni. & nu. 1048. vbi de verbo, omnes penitus deficerent, nullus remaneret, &c. Crot. conſ. 58. nu. 12. de verbo, deficientibus. Tiraq. in. l. ſi vnquam. verſ. ſuſceperit liberos. vbi nu. 194. ſolùm citat Alex. d. cõſ. 53. lib. 6. faciunt tradita ſuperius q. 19.

VIGESIMOQVARTO, quæritur an illa verba, Tunc & eo caſu, ſint adeò ſui natura reſtrictiua, & taxatiua, vt excludant alium caſum nõ expreſſum. Reſpond. Anchar. conſ. 357. Roman. conſ. 139. Bal. conſ. 57. lib. 2. in antiq. tenebant quòd ſic, cum alijs ſequacibus. Ego tamen ſemper ſecutus ſum contrariam partem, vt in conſilio meo ſuper fideicom. D. Simeonis de Portis Senioris, de quo feci mentionem ſuperius: & Com. Frãciſci

ciſci

ciſci de Seſſio, & alibi. Addo nouiſſimè Alb. pulchrè conſ.51. nu. 19. & ſeq. Bellon.ſupputat.lib.j.cap.17. Zanch.nu.1048.

VIGESIMO QVINTO, quæritur an caducata aliqua ſubſtitutione admittatur ille, qui alicui ſubſtituto fuit ſubſtitutus. Reſpond. Punctũ eſſe ſubtilem, & controuerſum, de quo per Bar. l. quandiu. la terza.ff. de acquir.hæred.& ibi Pau.Caſtr.qui refert, quòd ipſe exiſtens Bononiæ habuit iſtum caſum de facto de Vicentia: & verum eſt, vt patet conſ.351. in antiq.vbi conſuluit ſuper fideicom.cuiuſdam de Maſcarellis: & illo caſu Cuman.conſ.122.Sed pro reſolutione nouiſſimè Zanch.nu.27.& ſeq. pulchrè diſtinguit poſt alios Petr.Iac. in ſua praxi, cap. de compendioſa, quæ fit à pagano.col.4.verſ.quid ſi teſtator. vbi refert iſtam q. fuiſſe propè Montempeſſulanum, inter quoſdam nobiles, & potentes viros, ſuper quadam hæreditate: & ibi diſcurrit plures caſus. Alciat.conſ.508. nu.4. & plenius conſ 492.vbi ad doctrinam Bartoli,quamuis communiter approbatam tradit quatuor limitationes, & conſuluit Florentiæ ſuper fidei com.de Bardis, de quo ſuperius feci mentionem q.13.idem Alciat.conſ. 547.Crauet. conſ.283. per totum. & conſ. 295. in primo dubio. Paris. conſ.73.lib.3.

VIGESIMO SEXTO, quæritur teſtator noſter recto ordine, ac naturali ratione proceſſit prouidendo prius proprijs filijs liberis,& deſcẽdentibus.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi teſtam.l.ſcripto.in fin.ff.vnd. lib.l.cum ratio naturalis.ff.de bon. damnat. deinde deficientibus deſcendentibus prouidit tranſuerſalibus agnatis, quibus etiam debentur quodammodo ipſa bona pro conſeruanda dignitate familiæ, quod publicè expedit.l.j.ff. de priuil. cred. l.j.§. publicè expedit.ff. de ventr. inſpicien. cum ſimilibus cumulatis à Tiraq.in præf.de Retract.Et reſpectu omnium tam deſcendentium, quàm tranſuerſalium impoſuit ſimile onus, & grauamen fideicom.Sed ſi expreſsè non impoſuiſſet, An in hac materia valeret argumentum, teſtator grauauit deſcendentes, ergo cenſeatur grauaſſe ſimiliter tranſuerſales. Reſpond. iſte locus argumentandi ſæpè occurrit,& quòd valeat argumentũ ſolet allegari.l.publius.ff.de condit.& demon.& in ſpecie ſic arguit Soc.cõſ.250.in ſecundo dubio. lib.2. & alij alibi paſſim.

Sed in contrarium opponitur, fideicom.eſſe onus, non temerè extendendum, ita Crauet conſ.98.nu.14. & ſeq. in quo tamen conſilio proteſtatur procedere argumentatiuè, non deciſiuè, vt ibi per eum. Sed idem clarè conſ.306. col.vltima. Reſolutio pendet à dictis ſuperius in.j.q. an fideicommiſſa cenſeantur fauorabilia, vel odioſa; & à dictis in.19.q. an fideicommiſſum impoſitum filijs ſub conditione ſine filijs extendatur ad nepotes: & in.q.17.

Quoniam

Quoniam hæc fuit, & eſt firma, & clara ipſius teſtatoris intentio, ac voluntas, &c.

VIGESIMOSEPTIMO, quæritur, quid importent prædicta verba. Reſpond. Multum, exprimunt enim vlterius enixam mentem, & voluntatem teſtatoris. Bar.l. pater.§. fundum.verſ. ſi eſſent iſta verba prolata per modum rationis, quia dixit, Ideò feci, &c. Quia volo remanere in familia.ff.de leg.2.quod dictum Bar.mandat notarij Crot.in repet.§.diui. nu.48.quia eſt notab.in materia: ex quo refert ad pulchram q. Et ſimilis clauſula refertur à Iuſtiniano Imp.in Authent. de reſtitut. fideicom. verſ. propter quod volo eundem, &c. in teſtamento illo Hieriano.

Subiaceant ſtrictiſſimo fideicommiſſo.

VIGESIMOOCTAVO, quæritur ſi teſtator poſt inſtitutionem hæredum dixiſſet ſimpliciter, Et omnia bona ſua voluit ſubiacere fideicom. Quem effectum inducerent illa verba. Reſpond. Quòd de hac clauſula appoſita in teſtamento, ex facto tradidit Paris.conſ.75. nu.7.8.9. vbi teſtator dixerat, quòd volebat bona ſua perpetuò ſubiacere fideicom. & conſ. 82.nu. 13. vbi voluit, quòd bona ſua eſſent ſub fideicom. lib.2. & in illo caſu Mant.conſ.112.per totum.Dec.conſ.497. nu.5. vbi, quòd bona eſſent ſubiecta fideicom.& conſuluit Dec. Florentiæ poſt Neguſant.in fauorem Laurentij, & Io. Baptiſtæ de Nicolinis: & de eadem materia in illo caſu habetur conſ.362. In quo tamen contrarium latè conſuluit Soc.Iun. conſ.75.lib.3. Aretin.conſ.37.nu.9.vbi voluit ſubiacere reſtitutioni,ideſt fideicom. refert, & ſequitur Crot. conſ.3.nu.10. Alciat.conſ.145.nu.3. verſ. quarto nõ obſtat, quòd in teſtamẽto dum dicitur, quòd fideicõmitit & conſ.497.verſ quòd intentionis ſuæ erat, quòd omnia, & ſingula bona ſuæ hæreditatis ſubiaceant fideicom. Et Didac.pulchrè Variar.reſolut.lib. 3.cap.5. Soc.Iun conſ.180.nu.6.verſ.vniuerſales hæredes per fideicom. lib.2. Port.conſ.55.nu.88.verſ. Item iuſſit, & mandauit, quòd bona ſua ſint ſub perpetuo,& irreuocabili fideicom. Ego aliàs conſului pro D. Vincentio de Biſſarijs, contra Vigontiam Patauinum, ſuper teſtamento, in quo aderat ſimilis clauſula, Item laſcio tutto il mio ſotto fideicommeſſo. & allegaui aliqua ex prædictis. Et, obiter, legi teſtamentum mei genitoris, in quo poſt inſtitutionem ſex filiorum maſculorum, vltra reciprocam ſubſtitutionem eorum, eorumq; deſcendentium maſculorum, vſq; in infinitum, cum prohibitione alienandi, adiecta eſt clauſula huiuſcemodi: Ordinando, ac ſtatuendo omnẽ ſuam facultatẽ eſſe ſuppoſitã fideicom.

Et vt

Et vt tollatur occaſio litium.

VIGESIMONONO, quæritur prudens teſtator prouidit tollere occaſionem litium inter eius deſcendentes, & agnatos, an ita erit. Reſpond. quæſtio eſt fatua: Vidimus enim ſuper teſtamento, & fidecommiſſo cõdito à Celeber. Iuriſconſult. Ioanne de Lignano, Alexandro de Imola, Carolo Royno, & nouiſſimè D. Mariano Socino Iuniore colẽndiſſimo Præceptore meo, quondam Paduæ, ortas fuiſſe lites, & controuerſias, vt apparet ex conſilijs ſuperinde factis. Non enim poſſunt omnes articuli ſingulatim comprehendi: Neq; leges, neq; ſenatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoq; inciderint, comprehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerunq; accidunt, contineri: vt Iulianus ait in.l.non poſſunt, &.l.neque leges.ff.de legibus.

Intelligi debere, & de legitimo matrimonio procreatis, ita quod legitimati, &c.

TRIGESIMO, quæritur an legitimatus excludat ſubſtitutũ. Reſpõd. hoc multas diſtinctiones, & limitationes recipit, vt inquit Tiraq. in.l. ſi vnquam.verſ.ſuſceperit liberos.nu.25.C. de reuoc.donat. & habetur in Tract. Laudenſis, Sardi, Roſelli, & aliorum: ſed magna difficultas eſt, quando in priuilegio Com.legitimantis adeſt clauſula, quòd poſſit legitimare, ita quòd admittãtur ad fideicom.etiam loquentia de legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis. Nam Soc.Iun.recuſauit ſubſcribere conſilio celeberrimi Collegij Patauini, cùm eſſet vnus ex quatuor relatoribus, de more illius Collegij: vt patet ex conſ.65. lib.2. vbi reddidit rationes, quibus mouebatur ad diſſentiendum, & loquitur in legitimatione facta vigore Priuilegij Campegij Bononien.de illo Bononiẽ. de Felicinis. Et quamuis Socinus Iun.non nominet, tamen vnus ex relatoribus fuerat Excellentiſſ. Mantua, vt patet inter ſua conſilia, conſ.191. vbi eſt ſuperſcriptio, Collegij Patauini me relatore. Et in illo caſu cũ Soc. Iun. ſenſit Paris. conſ.12.lib.2. Et refert idem Soc.Iun. conſ.91.nu.15. lib.3. vbi permanſit in prædicta ſua opinione: & in illo caſu Grat.cõſ.158. lib.2.& in alio ſimili conſ.65.lib.j.ſuper teſtamento, & fideicom. Alexandri de Imola, & in illo caſu Pãris.conſ.9.nu.53.lib.2.& in alio ſimili Roy. conſ.80.95.lib.3.vbi teſtator expreſsè excluſerat legitimatos, & legitimãdos. Sed pro comprobatione conſilij Collegij (quod cenſetur eſſe maioris auctoritatis, ad Neuiza in Sylua nupt. lib.5.cap. Quomodo iudicandum. pag.456.& conſ.j.nu.9.verſ.& vt audio. vbi reprobat Dec.cõſ.420.in fin.

qui contrarium tenuerat, loquens de Auditoribus Rotæ Florent.) facit illud ſolenne, & celebre conſilium Pariſ. ad quod ſemper in hac materia ſolet recurri, conſ.j.nu. 48.88.lib.2. & quod factum fuit Vicentiæ pro Mag.D. Aloiſio Neuio, vbi latiſſimè reſpondit pro legitimato admittendo tam ad fideicom.ita loquentia, quàm ad feuda etiam eccleſiaſtica: maximè conſiderando qualitatem perſonæ ipſius Mag.D. Aloiſij, cuius perſona, conſiderata eius ingenti virtute, & magnanimitate, alijſq; qualitatibus, reperiebatur ita idonea, & habilis, ſicut alia cuiuslibet alterius agnati deſcendẽtis à primis teſtatoribus, & inueſtitis; vt per eum ibi nu.150. & ſeq. Et idem in feudo conſuluit Alexandrin. conſ.33. Quinimmò ipſe Soc Iun.conſ.63.nu.52.verſ. Non omitto, quòd aliàs vidi ſacratiſs. Collegium Patauinum conſulere, & conſ.77.nu.15.verſ. & aliàs vidi conſultum per venerandum.lib.3.tandem viſus eſt non omninò recedere à prędicto conſilio collegij Patauini: de quibus duobus conſilijs Socini Iun. meminit nouiſſimè (in tranſitu tamen) Zanch.§. cum ita. nu.755.ff. ad trebel. & de materia tradit Didac.Variar. reſolut.lib.3. cap.6. nu.7.verſ. Eadem equidem ratione. Et quoniam ego aliàs in hac materia legitimationis reddidi amplum conſilium pro legitimatione, & inſtitutione vniuerſali Mambriani de Godis, requiſitus àb Excellentiſſ. Doct. D. Nicola de Nigris admoneo candidos Lectores (ſi qui forſan hęc noſtra legèrint) hoc eſſe illud conſilium meum, de quo fecit mentionem Port.Imol.conſ. 105. & conſilium ſeq. 106. Incerti auct. fuiſſe Clariſs. D. Ferdinandi de Thiennis contra legitimationem. Sed iudicatum fuit ſecundum conſiliũ meum, ſubſcriptum ab omnibus Excellentiſſ. Doctoribus tunc legentibus Paduæ, quod forſan inter alia (ſint qualiacunq;) edetur.

Et quòd valeat huiuſmodi diſpoſitio expreſsè excludens legitimatos, & legitimandos, & ita ſimus extra diſputationem Doctorum, an legitimatus excludat ſubſtitutũ, nec inter ſcribentes ſit aliqua altercatio, quòd quando expreſsè dictum eſt, quòd naturales legitimati non ſuccedant, tunc in dubium poſſit refricari an legitimatus debeat admitti, atteſtatur Curt.Iun.deciſiuo conſ.81.nu.8.vbi in ſpecie conſuluit ſuper conuentionibus factis, vt dicebatur, inter Paulum, & Conſtantinum fratres de Godis, ex quibus erat orta lis ſuper excluſione dicti Mambriani legitimati, ſed dictæ conuentiones poſtea fuerunt detectæ falſæ.

At maior difficultas eſt circa legitimatos per ſubſequens matrimoniũ Curt.Iun.in conſ.præalleg.inquit, quòd ſtantibus verbis præmiſſis poſſet probabiliter diſputari, ſed quia in propoſito illa diſputatio non erat neceſſaria, ſuper ea vlterius non inſiſtit, videtur tamen ſtatim ſubijcere verba generalia, quæ poſſunt referri etiam ad excluſionẽ legitimati per ſubſequens matrimonium. Nihilominus quando ſtant verba illa, Legitimis,

& naturalibus

& naturalibus, ac ex legitimo matrimonio procreatis, vel legitimè natis, quòd legitimatus excludatur tenuit Alex. conſ.5.lib.7. refert Curt. Iun. conſ.64.nu.12.verſ.accedunt ad confirmationem. Brun. de ſtatut. exclud. fœm. articu.6.q.4.verſ.tertio limitatur. Roy. conſ.92.nu.13.& ſeq. lib.3. Natt. conſ.624. in ſecun.dub.nu.14.verſ.ſuboritur nunc alia maior dubitatio.& conſ.602.in pri.dub. Alciat. de verb. ſign. fol.84. vbi refert ſuperius dixiſſe,& verè fol.78. vbi latius diſtinguit inter naturalem, & ſpuriũ; inter aſcendentem, & extraneum, vt per eum ibi.

Contrarium tamen tenuit pro legitimato Dec. conſ.155. & conſ.624. & in.l.generaliter. in fin. C. de inſtit.& ſubſtit. refert Hipp. in ſingul.542. Rip.l.ex facto.§. ſi quis rogatus. nu.47. vbi tamen limitat.ff.ad trebel. & ſenſit Soc.l.gallus.§.ſi eius. nu.5.verſ.tertius caſus.ff. de liber.& poſth. & refert Bero. cap. in præſentia. nu.338. de probat. Quando tamen eſſent expreſſa verba, de quibus in noſtra formula, quòd legitimatus etiam per ſubſequens matrimonium non admittatur, vltra Curt. Iun. d. conſ.81. videtur etiam ſenſiſſe Dec. d. conſ.155. in fine additionis, dum reſpondit conſ. Baldi, ſaluando eius dictum prout ſaluat Roy. d. conſ.92. ponderando duplicata, & geminata verba, ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis.

Et quia in huiuſmodi legitimatione per ſubſequens matrimonium ſolet exoriri difficultas, quando mulier eſt vilis conditionis, reſpectu viri: & quando agitur de ſucceſſione bonorum exiſtentium extra terras Eccleſiæ: de his, & alijs nouiſſimè tradit Hipp. Rimi. inter conſilia matrimon. conſ.80. vbi defendit dictũ Angeli poſt alios ſequaces contra legitimatũ. At contrariũ habetur inter conſilia feudalia, conſ.10.& in apoſtil. cõſ. Bar. conſ.120. Petruccius: tangit etiam obiter Phanuc. in tract. de lucro dotis cap. per mortem. nu.32. verſ. ſecus dum agitur de lege ſucceſſionis. vbi refert deciſ. Rotæ nouiſſ. Cauendum eſt tamen quoniam in meo volumine Deciſ. Rot. nouiſſ. in allegata deciſ.65. Fabij, licet referatur dictum Angeli, cum Cæpol. Curt. Iun. Soc. Iun. Roy. ſequacibus: nihilominus nõ apparet, quòd Rota ita tenuerit: immò potius contrarium, per ea, quæ late in informationibus dicebantur. Et quòd contrarium fuerit tentum refertur clarè in Deciſ. Put. Rubr. de ſpõſalibus, & matri. prima,& ſecun. alias ſub nu.723.724. Quicquid dixerit Roy. Soc. Iun. Cæpol. Curt. Iun. in conſilijs ibidem citatis: & dicta cauſa erat coram ipſo Puteo. Et contra dictum Angeli, & ſequacium, etiam quoad ſucceſſionem ſiue in terris Imperij, ſiue in terris Eccleſiæ fuiſſe concluſum in Rota, coram D. Rainaldo anno.1538. refertur clarius in Deciſ. Mohed. nu.181. Quæ diſtinctio etiam Gabrieli Paleoto poſtea Reuer. Rotæ Auditori, nunc Cardinali Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ. haud ſanè probabatur in libro de Nothis, Spurijſq;

filijs, cap. 12.nu.6.verſ. hincq; ſenſere multi. Siluan. conſ.2.nu.73. verſ. minus etiam refragatur. & latè cōſ.3.nu.30. Bellenz. in apoſtil. Abb.cap. tanta, verſ. in libro feudorum, qui fil.ſint legit. Tiraq.l.ſi vnquam.verſ.ſuſceperit liberos.nu.74.vbi videtur aſſerere eſſe communiorem ſententiā. C.de reuoc.donat.& nouiſſimè Didac. Epitom.ſecundę part.cap.8.nu.8. verſ.verum ego non arbitror. vbi aduerſus aſſertionem Soc.Iun. & Curt. Iun. de communi opinione cum Angelo, ait non arbitrari hanc Angeli ſententiam ita frequenter receptam eſſe, vt eam ſeruandam forè exiſtimet. Sed tamen quia ego reperio, quòd vltra prællegatos, eandem ſententiam Angeli, quoad ſucceſſione extra terras Eccleſiæ, in terris Imperij expreſsè tenuit Anchar. Doctor maximæ auctoritatis, in cap. Canonum.de conſti. amplius deliberandum exiſtimarem, ſi caſus contingeret ex facto, prout facilè poſſet contingere, vt aliàs audiui à quibuſdam doctiſſ. Scholaribus Vicentinis, à quibus de hac materia fui (perfunctoriè tamen) interrogatus Bononiæ, dum ibi eſſem Auditor Rotæ. Poſtremò in hac materia legitimationis emanauit Bulla Papæ Pij.iiij.ad quā eſſet aduertendum in caſu occurrente.

Et ita etiam quod Monaſterium, &c.

TRIGESIMOPRIMO, quæritur teſtator declarauit, quòd Monaſterium, vel Eccleſia tam in conditione, quàm in vocatione non intelligatur eſſe loco filij: an potuerit ita prouidere. Reſpond. Dec. in cap. in præſentia.nu.58.verſ. ſed quando conſtat de voluntate teſtatoris. & verſ. ſed quando apparet, quòd teſtator cogitauerit de monaſterio de probat. concludit, quòd præualeat voluntas teſtatoris: & ſic conſuluit conſ.259. col.2.in ſecun.dubio.& refert ac ſequitur Alciat.conſ.502.nu.4.verſ.vnde ſi conſtet de mente teſtatoris.

Et ita quando teſtator expreſſit, quod ingreſſus non excludat ſubſtitutum, tenuit Cuman.in.l.ſi ita.§.is cuius.ff.de leg.2.quem refert, ac ſequitur Alex.in apoſtil. Bal.auth. Niſi.verſ. & per hoc.C. ad trebel. Dur.tit.5 cap.18.nu.3.quem citat Didac. Variar.reſol.lib.j.cap.19.nu.8.& ſeq. vbi latè, & doctè hanc opinionem probat: eandem ſequitur Lup.in Rubr.de donat.inter vir.§.47.nu.18. vbi ait eſſe bene notandum, & menti tenendum, in conſtitutione maioratus ad tollendum omnem ambiguitatem, & litigandi materiam.

Contrariam tamen opinionem tenet Aret. d.cap.in præſentia. nu.64. vbi format.q.quando etiā expreſsè teſtator excluſit monaſteria. Et Bero. ibi nu.486.verſ.quamuis in hoc articulo.vbi tamen eam limitat. Cagnol. l.2.nu.120.in.q.22.C.de pact.int.empt. vbi refert, ad oſtendendum eniXam voluntatem teſtatoris volentis excludere monaſterium vidiſſe aliquando

quando per prudentiſſ. Iuriſconſ. addi. Ita quòd appellatione filiorum nõ veniant monaſteria. Subdit tamen præcedentem opi. videri multũ æquã, & conſentaneam voluntati teſtatoris: & in illa propoſita. q. eam amplecte retur: & quòd illa opinio æquior, humaniorq; videatur inquit Rip. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 9. verſ. & iſta. ff. ad trebel. & ita aliàs fuit deciſum in Rota Florẽ. vt habetur in Motiuis, lib. 10. nu. 32. & lib. 11. nu. 256. & in Motiuis die. 10. Martij. 1562. quando teſtator expreſsè excluſit: & in Mot. 7. Maij. 1563. Quare ego eam amplector, quando maximè teſtator declarauit expreſsè ſuam voluntatem, vt in noſtro themate: eamq; admittit in his terminis, Aemilian. conſ. 109. nu. 17. Ideò autem in noſtro themate additum fuit, declarans prædictam prouiſionem facere non principaliter ad exeluſionem monaſterij, &c. ex his, quæ tradit Didac. loco præalleg. nu. 11. ver. Non enim iſta aſcribit, vt à religione quis auertatur, ſed in familiæ fauorem: & ex proteſtatione quam fecit. Boër. Deciſ. 354. nu. 5. verſ. ſalua deciſione Sanctæ Matris Eccleſiæ, &c.

Seruata gradus prærogatiua.

TRIGESIMOSECVNDO, quæritur de effectu huius clauſulæ. Reſpond. Non omnes vocati collectiuè admittũtur, ſed proximiores in gradu. Auth. Defuncto. verſ. ſalua ſui gradus prærogatiua. C. ad Tertul. & not. ibi Pau. Caſt. Corn. nu. 6. Dec. conſ. j. nu. 6. & cõſ. 408. in princ. & fin. Curt. Iun. conſ. 154. nu. 9. & in. l. 2. nu. 13. C. de ſucceſſ. edict. Gozad. conſ. 4. nu. 33. Crauet. conſ. 67. nu. 5. Dur. tit. 5. cap. 27. nu. 2. cum ſimilibus. Additum verò fuit in noſtro themate, Ita tamen, quòd filius intret locum patris reſpectu aſcendentis, & patrui, propter clauſulam illam ſuperius appoſitam, Ordine ſucceſſiuo, &c. vbi dixi filium intrare locum patris, in quæſt. decimaoctaua.

TRIGESIMOTERTIO, quæritur an ſupraſcripta clauſula aliàs operaretur etiam reſpectu aſcendentis, & patrui. Reſpond. Port. conſ. 54. nu. 14. arguit non impedire, & alleg. Soc. Iun. conſ. 126. lib. j. & Paris. cõſ. 90. nu. 49. lib. 2. Sed contrarium videtur ſenſiſſe: idem Paris. alleg. ab ipſo Port. & tenet Didac. in Pract. qq. cap. 38. pag. 269. col. 4. verſ. 4. vbi refert, ſed non ſequitur Soc. Iun. conſ. præalleg. & ſenſit Paris. conſ. 36. nu. 15. lib. 2. vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom. de Antheis. ſuper quo Roy. etiam conſuluit, conſ. 96. lib. 2. & in hac concluſione reſidet ipſe Port. nu. 34. vbi citat conſ. Soc. Iun. vt ibi per eum. Alciat. autem in. l. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg. 2. ſuper hoc amplius deliberandum eſſe cenſuit.

Et prædicta procedunt etiam in verbo proximiores, vt latè probat, reſpondens contrarijs Didac. loco præallegato. fol. 268. col. 4. verſ. Tertio.

De quo verbo latiſſimè per Tiraq.de Retract.§.11.gloſ.j.verſ. proximior & gloſ.6.verſ. ſi eſt proximior.

In ſtirpes, & non in capita.

TRIGESIMOQVARTO, quæritur an poſſint ſtare ſimul ſupraſcriptæ clauſulæ, Gradus prærogatiua, & In ſtirpes. Reſpond. Prima facie videbatur, quòd non: prout arguit Bero. q.104.nu.4.Pau.Caſt.cõſ.435. quantum ad primum.col.3.in fin.& conſ.437.in noui.Paris.conſ.91.nu. 42.lib.2.& conſ.92.col.fin.& conſ.38.in fin.Hercul.in Tract.de negatiua fol.249.verſ.ex verbis teſtatoris.ſub nu.315.

Sed in contrarium, quòd immò poſſint ſtare ſimul, & verbum, In ſtirpes, non excludat prærogatiuam, & verificari poſſit, da a gradus paritate declarat Cur.Iun.conſ.22.nu.16.& conſ.108.nu.3.& conſ,161.nu.7.in fin.Soc.Iun.conſ.135.nu.7.lib.j.& conſ.143.nu.8.lib.2. Paris. conſ.40. nu.32.lib.2.& præſupponit Cap.cõſ.123.in fin.Et ita aliàs cõſului ſuper fideicom.de Cõpoſtel. Baſcianeus: de quo feci mentionẽ ſuperius.q.23. & alibi.

Proximitate reſpectu grauati, &c.

TRIGESIMOQVINTO, quæritur an aliàs attendi debeat proximitas reſpectu teſtatoris, vel grauati. Reſpond. Extare ſolenne conſilium Soc.Iun.conſ.126.lib.j. vbi latiſſimè examinauit articulum, & firmauit attendi debere reſpectu grauati, ſecutus opinio patrui ſui Socini. Et quia illa cauſa erat Baſcianeus, aliàs volui inquirere, qui fuerint illi excellentes Doctores, quorum contraria exhibita fuere Reſponſa, vt ibi Soc. Iun. in princ.conſilij enunciat, & de qualitate ſententiæ ſecutæ, cùm articulus ſit frequentiſſimus, & vtiliſſimus in iſta materia. Et reperi, quòd pro Angelica, & Catherina cõſuluerat excellentiſſ. Mant. D. Nicolaus de Clericatis, D.Ferdinandus de Thiennis. Sed contra pro Philomena, & Heliſabeth, D.Vincentius de Rubeis: & iudicatum fuit per Clariſſ.D.Poteſtatem Baſciani pro Philomena, & Heliſabeth.Sed illa ſententia fuit inciſa in Excellentiſſ.Conſ.XL. partibus in priſtinũ reuertentibus, &c. (quæ verba quid importent, tradit Paris.conſ.104.nu.118.lib.j. Anchar.conſ.255.in fin. Port.conſ.6.) Vnde porrecta fuit noua petitio, cum oblatione diuidendi per medium,& iterum iudicatum fuit pro Philomena, & Heliſabeth,cum ſua oblatione diuidendi per medium; ſed prius detracta legitima, & trebellianica, & nihilominus iterum fuit inciſa dicta ſententia. Tandem partes tranſegerunt diuidendo per medium, ſimpliciter:Ille verò conſulens, quem Soc.Iun.nu.9.refert, dixiſſe Socinum eſſe in ſua opinione ſolum,& eius opinio velut erroneam non eſſe accipiendam, & quem Soc. Iun. nu.

42.

42.reprehendit tanquam temerè, & inaduertenter (virum alioquin egregium) obloquentem de iſta opinione contra D.ſuum Soc. Et in eo verificari, quod dici ſolet, ad pauca aduertentes de facili enunciāt: quæ verba Socini Iun.notauit Cartular.inter conſilia Port.cōſ.52.nu.9.Fuerat Clariſs.D.Ferdinandus,Sed certè non meruit tam acrem reprehenſionem ille celeberrimus noſter Iuriſconſ.cui etiam mortuo multum me debere fateor: ipſi enim viuenti ita eram addictus ſumpta à me (forſan ante tempus) doctorali toga, vt quoad poſſem, & liceret, à ſenis,tanquam alterius Scæuolæ latere nunquam diſcederem, fieriq; ſtudebam,vt ille ait, eius prudentia doctior. Redeundo ad Socinum Iun. ipſe fuit nouiſſimè eiuſdem ſententiæ, conſ.34.nu.16.& conſ.140.nu.11.lib.3.vbi cōmemorat præalleg.ſuum conſilium apud Baſcianum. Variauit tamen, vt patet conſ.168 nu.70 lib.2.vbi conſuluit ſuper fideicom.Clariſſ.D.Leonardi de Thienis Zanch.autem in.§. cum ita. nu.1114. & ſeq. poſt diſcuſſionem: tandem nu.1118.verſ.ſed redeundo. ſatis ſit, inquit, Doctores pro vtraq; parte allegaſſe, vtra verò ſit verior aliorum (cùm præſertim non ſit principalis materia huius.§.) eſto iudicium. Ego poſtquam cogor, & debeo meum interponere iudiciū qualecunq;: ſum,& ſemper fui in hac ſententia,quòd attendi debeat proximitas reſpectu grauati: & ita aliàs ſæpè conſului, & prima vice ſuper fideicom.Clariſs.D.Simeonis de Portis Senioris,de qua ſupra.q.16. In qua etiam fuit Alciat.conſ.480.nu.12. & conſ.610.nu.4. & in.l.pronunciatio.§.agnatum.ff.de verb ſignifi.Bero.cap.in præſentia. nu.413.de probat.Cartular.inter conſilia Port.conſ.52.nu.9.& Charter. conſ.53.nu.4. quamuis ipſe Port.contra. conſ.55.nu.85. mutauit tamen opinio conſ.122.vbi ſubſcripſit conſ.Torniel.diſtinguendo plures caſus: & conſ.123. vbi confirmat conſ. præcedentia pro hac parte indiſtinctè: inquit tamen articulum iſtum ſibi viſum fuiſſe valdè dubitabilem: nec mirum eſt, cùm etiam Tiraq.de Retract.§.11. gloſ.j. nu.20. pluribus more ſuo congeſtis nullam ſententiam elegerit: & Didac. in Pract. qq. cap.38. pag.266.col.4.verſ. ego verò. opinatus fuerit veram eſſe concluſionē aduerſus Soc.Corn. & alios: cum limitatione tamen, vt ibi per eum. Et idē Mant.conſ.99.& conſ.123.nu.6.Crauet.cōſ.43.nu.1.Dur.tit.5.cap.21. nu.3 Ego adhuc permaneo in ſententia. Et nouiſſimè Iul.Clar. ſententiarum lib.3.§.teſtamentum.q.76.circa fin.verſ. ſed hic occurrit pulchra.q. & quæ ſæpè contingit in practica, inquit contrariam opinionem nunquā ſibi placuiſſe, tamen propter auctoritatem tenentium illam, non audebat ſe firmare, tandem inueniſſe Soc. Iun.d.conſ.126.lib.2. Vnde cùm hæc opi.ſit verior, & magis communis dicit conſulendo, aut iudicando nullo modo eſſe ab ea recedendum.Et ita aliàs deciſum fuit in Rota Florentina, vt habetur in Motiuis lib.11.nu.145.

Veniant

Veniant etiam portiones ab alijs obuente, &c.

TRIGESIMOSEXTO, quæritur an aliàs in fideicom. reſtitutione veniant etiam portiones ab alijs obuentæ. Reſpond. Quòd veniant conſuluit Dec.conſ.80.81.86.527.& alibi ſæpe,declarando tamen,vt per eũ. Dur.rit.5.cap.28.Alciat.conſ.612.latè Rip.l.hæredes.§.cum ita.nu.36. & ſeq.ff. ad trebel. Torniel. ibi nu.36. & latius Zanch.nu. 367.vbi facit duas regulas; vnam affirmatiuam, alteram negatiuam,cum ſuis ampliationibus, & limitationibus,& ſublimitationibus.Sed in noſtro themate ſublata eſt difficultas: & ita quando teſtator expreſsè declarauit, Conſuluit Florent.Roy.conſ.116.nu.9.lib.2.refert Zanch.nu.379.Rip.nu.48.verſ. ex quo infertur. vbi tamen dubitat reſpectu fideicom.ſequentis refert, & dubitat Zanch.nu.398.verſ.ex quo infertur.Ideò in noſtro themate additum fuit, Ante,vel Poſt:facit quòd tota iſta materia dependet à coniecturata mente teſtatoris, vt dicunt omnes Doct.in locis ordinarijs, & nouiſſimè Siluan.conſ.49.nu.24.

Prohibuit.

TRIGESIMOSEPTIMO, quæritur quid operetur huiuſmodi prohibitio alienandi expreſſa à teſtatore, cùm ab ipſa lege inducatur prohibitio alienandi, iuxta.l.fi.cum auth.Res,quæ.C.com.de leg.& fideicom. Reſpond. Multum.Nam ex additione huiuſmodi prohibitionis oſtenditur adhuc etiam enixa voluntas teſtatoris circa ſuum fideicom. augẽdum Crot.conſ.48.nu.22.26.& conſ.144.nu.21.verſ. prudens ergo cõſilium teſtatoris. & quando vltra tacitam prohibitionem adeſt etiam expreſſa. ſtatim poſſunt vendicari alienata, non expectata morte grauati,Pau.Caſt. l.filiusfam.§. diui. col.2.verſ.interdum res ſubiectæ.ff. de leg.j. & in.l.qui Romæ.§.cohæredes.col.j.verſ.ſed prohibitio expreſſa.ff. de verb.oblig. Claud.in.d.§.diui.nu.12.Crot.nu.36. verſ.tertia ſit cõcluſio. & in.d.cõſ. 144.nu.17.vbi alios effectus refert. Rip.nu.47.vbi infert ad plura. Alex. de Neuo conſ.22.nu.6. Grat.conſ.21.nu.34. lib.2. Zanch.d.§.cum ita. nu.405.verſ.tertio.vbi tradit illationes.Soc.conſ.43.nu.11.in fin.verſ.ex quo prohibita fuerunt bona expreſsè.lib.3.

An autem ipſemet,qui alienauit,poſſit reuocare,tangunt Doct.in.d.§. diui.& quod non poſſit, tenet Corn.conſ.104.nu.7.lib.3.Beltrand.conſ. 115. lib.2. in antiq. Tiraq.de Retract.§.j.gloſ.9. nu.42. variauit tamen nu.31.&.§.26.gloſ.2.nu.6.& de legibus connub.gloſ.7.nu.57.

Et prædicta Roy.conſ.109.lib.2.& in.d.§.diui.declarauit non procedere niſi quando concurrit etiam prohibitio legis expreſſa, non tacita: & iſta declaratio fuit de mente Cæpol.in.l.2.nu.29.C. de vſucap.pro empt.

Vendere,

Vendere, hypothecare, permutare, &c.

TRIGESIMOOCTAVO, quæritur an intelligatur prohibita locatio ad quinquennium. Reſpond. Port.conſ.61.per totum, latè defendit, quòd non, vt ibi per eum: contrarium de emphyteoſi tradit Roy.cōſ.131 nu.11.lib.3.& de ſimilibus tradit Dur.tit.8.cap.5.nu.3.& ſeq.

TRIGESIMONONO, quæritur an aliàs intelligeretur prohibita permutatio. Reſpond. Quidam Ioannes de Guaſtionibus conſuluit etiā in hoſpitali, in illo ſuo caſu, quòd non: inter conſilia Pau.Caſt.conſ.16. in antiq.refert, ac ſequitur Alciat. in.§. diui. verſ. ſic reſponſum eſt.ff. de leg.j.quia meliorem conditionem hoſpitalis fecerat: ſequitur Felin.conſ. 42.nu.4. Aliàs regulariter ſub prohibitione venditionis etiā permutatio comprehenditur Angel.l.cum hi.§.ſi cui.verſ.exemplum ſi teſtator.ff.de tranſactio.Pau.Caſt.conſ.177.col 3.verſ.Concludo. Fabian.in Tract. de emptione.q.2.nu.17 & ſeq.& tradit Alciat.in.d.§.diui.verſ. & ideò nec permutatio conceditur: & conſuluit Grat.conſ.17.nu.41. lib.j. maximè ſtantibus verbis generalibus, & prægnantibus. Et idem quando adeſt duplex prohibitio legis, & teſtatoris, vt per Cæpol. in.d.l.2.nu.36. C.de. vſucap.pro empt.vbi commemorat, ſed non admittit ſimpliciter illud cōſilium Guaſtion. in hoſpitali, & eccleſia: & refert ita aliàs fuiſſe conſultū Bononiæ per quendam Excellent.Doct. Præterea aduertendum eſt, quòd conſ.Guaſtion.loquitur quando erat prohibitum fauore prohibiti, id eſt, hoſpitalis, quod ſemper idem reſpectu pauperum cenſetur, vt.in populo. & declarat Cæpol.d.l.2.nu.29.verſ.licet mutentur pauperes, nec concernebat fauorem (vt in noſtris terminis) ſubſtituti, & ideò diſtinctio eſt facienda inter hos caſus, ſecundum Cæpol.& aduertit Capyc.Dec.108.nu. 16.& facit Aretin.conſ.22.col.2.verſ.prohibitio, quæ fit minori. Claud. d.§. diui. nu.9. Nouiſſimè quòd potuerit fieri permutatio, nō obſtante quidem etiam expreſſa declaratione teſtatoris reſpondit Port.cōſ.38.nu. 16.verſ.ad quintum reſpondeo. motus ex quibuſdam rationibus, & circunſtantijs facti, de quibus per eum, vbi nullam mentionem fecit de prealleg.conſ Guaſtion.idem reſpondit Crot.conſ.65.nu.14. in tertio dub. motus ſimiliter ex circunſtantijs facti: vbi meminit d.conſilij: & pro diſcuſſione huius articuli diſtinxit tres caſus, qui ibi legi poſſunt: ſed ne facilè eluderetur voluntas teſtatoris: Ideò in noſtro themate additum fuit, Etiā ſub prætextu maioris commodi.

QVADRAGESIMO, quæritur an bona prohibita alienari poſſint nihilominus alienari ex cauſa neceſſitatis ſuæ. Reſpond. Cæpol. loco prælleg.nu.29.verſ. poſſet tamen circa prædicta diſtingui. Tenuit quod

ſi prohibitio

ſi prohibitio fuit facta in fauorem alterius, quàm eius, cui primo loco relictum fuit: tunc nullo modo poſſit alienari per eum, cui ſunt relicta etiã ex cauſa neceſſitatis ſuę maximę, & idẽ videtur ſenſiſſe Aret.cõſ.19.nu.8.

Sed Bar. in auth. res quæ.nu.9.C.com.de leg. reprobata gloſ. ibi, contrarium tenuit, & ait ita communiter omnes Doct. dicere: nihilominus Iaſ.ibi nu.32.verſ. Sexto extende ſequitur opi. Gloſ. & Corn.nu.14.inquit eſſe ſatis ſuſtentabilem de rigore iuris, ſed contrarium videri tenendum in practica: & cum opi.Bar.tenet Lup.Rub.de donat.inter vir. & vx. .§.16.nu.6.9.&.§.17.nu.17.vbi propter redemptionem, ſeu conſeruationem perſonæ, ait vidiſſe in practica in Regali Audientia: itaq; fuiſſe pronunciatum: Guid.Pap.deciſ.611.& Rodor.Xuar. in repet.l. quoniã prioribus.in prima limitatione nu.8.verſ. maximè quia ſi talis caſus euenirct Alex.cõſ.59.nu.8.lib.5. Niſi ex delicto in aliquam neceſſitatem incideret, vt ibi per eum: & Apoſtil.& tradit Bellon.conſ.29.nu.8.Dur.tit. 8.cap.6.nu.7.Soc.egregiè in.l. Marcellus.§. res quæ.col.j.verſ. ex quibus infertur.ff. ad trebel. dicens non eſſe recedendum à com. opi. maximè in iudicando, vbi tamen Claud.atteſtatur nu.2.verſ. cuius dictis adde: quòd diſtinctio Alex.videtur vera, & com. quam etiam facit in.l.quamuis.ff. ſolut.matr.vbi loquitur de capto ex delicto ſuo. Faciunt ad materiam tradita per Soc.conſ.75.nu.7.Hipp.ſing.104.& cum opi.Bar.& aliorum videtur tranſire Rip.in.§.diui.nu.78. dum ſimpliciter citat poſt alios Bald. & videtur ſequi Claud.ibi nu.9. quando neceſſitas eſſet maxima, & inſolita,

QVADRAGESIMOPRIMO, quæritur, ſi teſtator permitteret expreſsè alienationem pro ſuis neceſſitatibus, vt de conſuetudine Peruſina refert Angel.l.quoties.C. de fideicom. quid importent illa verba. Reſpond. Videri poterit Bal.conſ.186.quid importent.lib.2.in antiq.vbi diſtinguit, cuius meminit Apoſtil.Bar. in auth.res quæ.C.com. de leg. & Apoſtil.Bar.& Alex.l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad trebel. Apoſt.Pract.Pap. forma lib.in act.reali.gloſ.verſi.veris.nu. 32. Rip.l.filiusfamil.§.diui. nu. 78.verſ.ſed quid ſi teſtator expreſsè.Boër.deciſ.44.nu.26.verſ.& ita pulchrè in ſimili.Dur.tit.8.cap.2.nu.5.Corn.conſ.187.nu.8.verſ.illa autem verba, Pro neceſſitatibus ſuis.lib.2. Alex.conſ.72.nu.12.lib.5. vbi etiam habetur de probatione neceſſitatis Bal.pulchrè conſ.284.permittendum & conſ.207.Bartholomeus.lib.3.in antiq.& in illo caſu Calderin.cõſ.21. de teſtam.Crauet.conſ.199.nu.4.Alciat.conſ.600.in princ. Bellon.conſ. 66.nu.2.& conſ.67.nu.6.& conſ.29.nu.4.

Aduertendum eſt obiter, quòd dum Bellon.in.d.cõſ.29. tenet, quòd expreſſio in caſu infirmitatis non trahatur ad alium caſum, de quo non eſt facta mentio, tanquam omiſſum: & idem ſenſit d.conſ.67. Contrarium. in terminis tenuit Anchar. conſ.152.nu.17.verſ. non obſt.quòd Petrus.

& Alciat.

& Alciat.§.diui. quando teſtator excipit cauſam redemptionis ab hoſtibus, & diuinæ ægritudinis, an exceptiones hæ firmabunt prohibitionis regulam, etiam ex cauſa non voluntaria, & temporali, Refert Roy.dicētem ſe reſpondiſſe, non confirmari:& eius ſententiam probat, & verè ita Roy.conſuluit conſ.93.lib.j.vbi conſuluit pro creditoribus hæredis prohibiti, & tenuit hoc ſaltem durante vita prohibiti nu.3.verſ.ſaltē durante vita prohibiti. lib.j. Sed Alex. (de quo non meminit Roy.) conſ. 206. in tertio dub.lib.6. quando teſtator excepit caſum expreſſæ neceſſitatis, cōcludit fieri poſſe alienationem pro ſatisfaciendo creditoribus prohibiti, & alienationem quidem valere irreuocabiliter, vt per eum ibi nu.5.vbi reſpond.§.prædium.l.peto.ff.de leg.2. & de hoc an creditores poſſint mitti in tenutam bonorum fideicom. eaq; accipere in ſolutum tangit idē Roy. conſ.138.nu.8.lib.2. & conſ.123.nu.9. vbi conſuluit Florentiæ. & Dec.conſ.357.nu.j.Iaſ.conſ.23.lib.3. De neceſſitate autem infinita congeſſit Tiraq.de Retract.§.26.gloſ.j.nu.18.

Ex teſtamento, vel ab inteſtato.

2

QVADRAGESIMOSECVNDO, quæritur, an aliàs ſub prohibitione alienationis extra familiam, comprehenderetur hæredis inſtitutio, vel ab inteſtato ſucceſſio eius, qui non ſit de familia. Reſpond. Articulus eſt ſubtilis, & controuerſus: Iaſ.in.l.filiusfam.§.diui.nu.101.in pri.lect. ff.de leg.j.inquit, quòd iſta materia frequenter contingit in practica: & tenet cum Angel.& Alex.loquentibus, etiam ſi teſtator prohibuiſſet expreſsè inſtitutionem hæredis extranei ſub pœna priuationis, quod non: ſubdens ita conſuluiſſe in ciuitate Paduæ, & ita fuiſſe iudicatum: quodq; qui neſciret illam deciſionem Angel.diceret contrarium propter expreſſa verba teſtatoris, refert, & ſequitur Curt.Iun.conſ.160.nu.10.Dur.tit.8. cap.6.nu.2. refert, ſed non firmat Soc.Iun.conſ.112.nu.11.& ſeq.lib.j. vbi conſuluit Paduæ ſuper fideicom.de Teſtis.Et illo caſu Mant.cōſ.275. & conſ.194.vbi conſuluit pro eadē parte:quamuis pro contraria illo caſu reſponderat Paris.conſ.17.lib.3.& olim Alex.de Neuo cōſ.17.vbi Apoſtil.illud verò conſ.Iaſ.eſt conſ.120.lib.j.vbi tamen in themate non apparet expreſſa prohibitio inſtituendi extraneum, & ille prohibitus inſtituerat filias, quas Iaſ.præſupponit ſucceſſuras ab inteſtato:idem Iaſ.alibi de eadem materia conſ.101.eo lib.& conſ.164.col.3.lib.4. & cōſ.142.col. 10.lib.2.vbi ſequitur dictum Angel.etiam ſi expreſſa voluntas teſtatoris, & opinio.Angel.& ſequacium admittit diſtinguendo nouiſſimè Hieron. Alban.conſ.41 nu.810. Sed Apoſtil.Alex.conſ.155.lib.2.carpit Iaſ.tanquam contra propriam conſcientiam conſuluerit prætextu Dec. Angel.

& Alex. & quòd malè conſulta retractauit poſtea legendo, d. §. diui. vbi Crot. nu. 112. dicit deciſ. Angel. nullo pacto eſſe tenendam, & eſſe contra comm. opi. Didac. cap. Rainaldus nu. 7. de teſtament.

Quo verò ad caſum in ſpecie, quando agitur de eo, qui eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, quamuis non ſit de familia, vltra tradita per Doct. in locis præalleg. Iaſ. in l. voluntas. nu. 9. C. de fideicom. ita limitauit prohibitionem alienationis extra familiam: & dicit eſſe tenendum menti, quia multi in hoc errarent. Et admittit Apoſtil. Alex. conſ. 56. nu. 6. lib. j. & cõſ. 55. nu. 5. lib. 3. Tiraq. de Retract. §. j. gloſ. 9. nu. 173. Roy. conſ. 89. lib. 2. vbi conſuluit Florentiæ. Hierony. Alban. conſ. 23. nu. 9. Crot. d. §. diui. atteſtatur eſſe communis opinio. à qua difficile eſſet recedere in practica. Nihilominus ipſe contrariam opinionem defendit, affirmans eſſe in puncto iuris veriſſimam, quodq; pro ea conſuleret, & iudicaret, ſi caſus de facto contingeret: reperi tamen eum conſ. 65. in fin. tranſire ſimpliciter cum dicta com. opi. At in conſ. 13. nu. 17. videtur admittere opin. comm. quando prohibitio eſt ſimpliciter extra familiam: ſed quando adſunt alia verba prægnantia, vt ibi nu. 18. contrarium tenet propter enixam voluntatem teſtatoris.

Et quoniam Crot. nu. 26. refert alios DD. Conſulentes in illo caſu: reperio, quòd in eodem caſu conſuluerat Dec. conſ. 182. vbi Dec plura cõgeſſit in princ. pro parte contraria, ad oſtendendum, quòd non ſit prohibitus ſucceſſurus ab inteſtato: quibus in ſpecie non reſpondit, ſed vnico verbo ſe expediuit nu. 5. verſ. vlt. non obſt.

Et quoniam Dec. ibi in addit. refert ſuum conſilium reuocari in dubiũ, propter aliud in contrarium factum, illud conſilium fuerat Roy. conſ. 131 lib. 2. Roy. enim in illa cauſa ardua, quæ ventilabatur in Rota, prius reſpõderat conſ. 130. poſtea viſo contrario conſilio Decij, contra illud ſcripſit conſ. 131. quo viſo Dec. replicauit in addit. d. conſ. 182. vbi in fine appellauit ſcripta Royni eſſe cauillationes: ſed Roy. conſ. 123. iterum ſcripſit latiſſimè pro defenſione ſui Reſponſi: cauſam autem illam vertentem in Roman. Cur. fuiſſe tranſactione concordatam refert Apoſtil. Roy. conſ. 123. præalleg.

Redeundo ad propoſitum, de quo congerit Tiraq. de Retract. §. 26. gloſ. j. nu. 3. & ſeq. Cephal. conſ. 153. nu. 32. & ſeq. & habetur in Motiuis Rotæ Florent. lib. 13. nu. 1. pred. opi. pro hærede eſſe com. atteſtatur Rip. in d. §. diui. nu. 96. At videri ſibi periculoſam vrgentibus rationibus, de quibus per eum, ſubdentem, quòd ſi caſus occurreret, eſſet quæſtio pro amico, & limitat vtranq; opi. vt per eum ibi: vbi Alciat. videtur tenere pro hærede legitimo, limitans tamen niſi teſtator vſus proponatur verbis non ſimplicem alienationis prohibitionem, ſed fideicom. abſolutum etiã

in caſum

in caſum mortis ſignificantibus, vt quia dixiſſet ſe velle vt perpetuò in familia remaneret: tunc hæredes ſiue ſcriptus, ſiue legitimus, qui ex familia non ſit, reſtituere tenebitur. Limitat etiam aliter, vt per eum: & plures limitationes tradit Grat.cõſ.68.col.2.lib.2. Didac.pulchrè cap.Rainaldus nu.8.& ſeq.de teſta.tangit Zanch.§.cum ita.nu.402.vbi etiã ampliat: & nu.1208.vbi tangit.q.de qua etiã per Alciat.d.§.diui.vbi reprobat Roy.

Ad euitandum autem difficultatem additum fuit in noſtro themate, Ex teſtamento, vel ab inteſtato. Pro qua clauſula faciunt tradita per Rip.in d.§.diui. vbi in tertia ratione præſupponit eſſe com.opi.in.§. ea lege.l.ſi ita.ff. de verb.oblig. quòd non ſuccedit quando eſt expreſſa prohibitio extra familiam, etiam per viam vltimæ voluntatis: & ſenſit Didac. loco præalleg.nu.9.verſ.quorum ſententia.

QVADRAGESIMOTERTIO, quæritur, an prohibitione fideicom. vocante familiam, domum, &c. veniant filiæ, vel ſorores nondum nuptæ, vel etiam nuptæ. Reſpond. Videri tex.expreſſum pro filiabus, vel ſororibus in.l.voluntas.C.de fideicom. Et noſtris quoq; temporibus non defuerunt, qui ita tenerent cõſulendo ex facto: Alex.conſ.56.nu.4.lib.j. Dec.conſ.287.nu.12.Roch.de Curt.in Tract.de iur.patron.verſ.competens.nu.2.vbi tangit remiſſiuè.& Ioan.de Selua in Tract de Benefic.S.Q. par.2.Gozad.cõſ.34.nu.15.& ſeq.Soc.Iun.Veronæ cõſ.94.nu.10.lib.j. maximè quando nõ adſunt alij de agnatione: & ſubſcripſit per alia tamen fundamenta, Curt.Iun.conſ.166.idem Soc.Iun.cõſ.2.nu.13.lib.2.Curt. Iun.cõſ.49.nu.6.& ſeq. Paris.conſ.35.lib.3.conſ.88.nu.20.conſ.40.nu. 33.lib.2.Bertach.in Tract. deEpiſcop.4.par.nu.143. Iaſ.conſ.142.nu.3. in fin.maxmè quando maritata in familia: & illo caſu Curt.Sen. conſ.63. & Soc.ibidem conſ.40.Alciat conſ.632.in fin.niſi teſtator excluſerit proprias filias: Roy.conſ.153.nu.9.lib.2. Zabar. conſ.91.col.fin. Dur.tit.5 cap.22. in princ. niſi ſubſtituerit cippum domus. Porr. conſ.13.nu.31 Rip.§.diui.nu.98.vbi ponderat cõſilium Collegij Papien.relatum à Cur Sen.conſ.64.col.16. cum quibus etiam tranſit Alciat.ibi.

Sed in contrarium, quando teſtator conſiderauit conſeruationem bonorum in agnatione, & familia, quòd nõ comprehendantur declarat Soc. Iun.Vicentiæ conſ.158.nu.44.lib.2.poſt Corn.conſ.26.lib.4.& alibi ſæpè: idem Soc.Iun.conſ.181.nu.40.lib.2.Floren.& conſ.180.nu.8.& ita aliàs fuit deciſum in Rota Florent. vt habetur in Motiuis lib. 11.nu.190. Crot.conſ.16.nu.11.Mant.conſ.117.nu.43.vbi etiam ſub dubio limitat d.l.voluntas.non procedere in nupta Alexandrin.conſ.106.nu.j.conſ.63. in fin.inclinat in fauorem conſeruandæ agnationis Gozad. plenè cõſ.79. & in illo caſu Roy.conſ.24.lib.2. idem Gozad. conſ.45.nu.9.& ſeq. vbi ſubſcripſit cõſilio Decij conſ.495.aduerſus Curt. Iun. conſ.49. præalleg.

Grat.pulchrè conſ.67.lib.2.vbi conſiderat com.vſum loquendi Bononię, Perusij,& vbiq; per totam Italiam,&loquitur etiam in fœmina teſtatrice: idem in conſ.68.vbi tangit de vtraq; q.Cur.Iun. 154.nu.12.vbi loquitur quando extant maſculi in pari gradu: & conſ.39.nu.9.& cōſ.115.nu.20. & conſ.172. vbi de cippo: vbi illo caſu Paris. contra conſ.35. lib.3. Sed idem Paris.cum prædictis tenuit, conſ.j.nu.58.eo.lib. & conſ.63.nu.24. lib.2.Crauet.conſ.180.Zoanet.conſ.35. quando vocauit illos de familia. Zaſi.conſ.j.nu.53.& ſeq.lib.2.niſi nubant in familiam. Anchar. q.72.nu. 31. vbi etiam in nondum nupta. Neuizan.conſ.33. Port.nouiſſimè conſ. 11.nu.14.& videndus erit omnino Loaz.in.§.Diui.

Mihi tamen ſemper placuit iſta ſecunda opinio. tanquam conſona mē-ti, & voluntati teſtatoris, & communi vſui loquendi, & moribus totius Italiæ: & maximè quando exant alij maſculi de familia. Quicquid verſet, & reuerſet Tiraq.de Retract.§ j.gloſ.9.nu.194.219.234.vbi tractat materiam: & quoad illam ſuam conſuetudinem, tenuit pro fęminis nu.241. Quando tamen fœminæ comprehenderentur, an intelligatur ſolùm in earum vita tradit Paris.conſ.36.lib.3.Sed ad tollendam omnē dubitationē additum fuit in noſtra formula, De maſculis,&c. & quia voluit,&c.

QVADRAGESIMOQVARTO, quæritur, an ex prohibitione alienandi extra familiam, reſultaret ſimplex fideicom.etiam non ſecuta alienatione. Reſpond. Articulum eſſe tritum, de quo pulchrè tradit Rip. in.d §.diui.nu.118.& ſeq.& Loaz.ibi.Anchar.q 72.Crot.cōſ.13. Alex. de Neuo conſ.38.Vicentiæ.Siluan.conſ.6. Alb.conſ.54.Cephal.conſ.17. & conſ.153.nu.52.verſ.veruntamen.Soc.conſ.57.lib.3.vbi cōſuluit Florentiæ,& illo caſu Dec.conſ.38.Roy.etiam Florent.conſ.89.lib.2.Alciat. conſ.484.& conſ.650. vbi atteſtatur aliàs iudicaſſe Senatum Mediol

An autem ſi teſtator ordinauerit, quòd aliqui dictorum filiorum non poſſint alienare, donec erūt intra ætatem xxxiij. annorum, dicti filij poſſint de dictis bonis facere, & diſponere, prout placuerit, fideicom. præcedens quandocunq; aliquis filiorum deceſſerit ſine filijs, limitetur vt procedat ante ætatem xxxiij.annorum. Item & poſtea caſu, quo filij nō alienarent, tradit Iaſ.conſ.173.& cōſ.232.in tertio dub.lib.2. Ad idem Roy. conſ.132. lib.2. & illo caſu Dec. contra, conſ.386. & per eundem Roy. conſ.117.eod. lib. & conſ 121.lib.3. Soc.Iun.conſ.163.nu.33. & conſ. 188.in fin.lib.2. Alciat. conſ.483. nu.13.verſ. & potius. Paris. conſ.25. nu.13.lib.2.& illo caſu Soc.Iun.conſ.130.lib.j. & Roy. conſ.112. lib.2. Hierony. Alban.conſ.41.nu.3.& quando adeſt prohibitio diuiſionis, & alienationis ſimul, tradit ſingulariter idem Roy. conſ.76.col.3.verſ. & iſtud probatur etiam ratione multum clara iudicio meo, lib.2.

Seu

Seu ad aliquem actum alienandi deueniret, &c.

QVADRAGESIMOQVINTO, quæritur quid importent ſupraſcripta verba. Reſpond. Multum, vt declarant Doct. in.§.diui. nam eſt controuerſia quando dictum eſſet, Si alienauerit, &c. an impediatur trãſlatio dominij.Et pleriq; tenent, quòd ſic, quando præcedit expreſſa prohibitio Bar.ibi nu.6.verſ. vnde ſi teſtator. prout quidam eum intelligunt: Crot.poſt alios nu.5.verſ.diſtingue tamen: & nu.29.verſ.quinta ſit concluſio.Rip.nu,48.Claud.nu.3.vbi ait iſtam diſtinctionem eſſe veriſſimam. Dur.tit.8.cap.6.nu.4.in fin.Pau.Caſt.Deciſiuo conſ.17. Roy.cõſ.39.nu. 3.verſ.ſecundus caſus.lib.5.Crot.conſ.13.nu.6.42.verſ.tertius caſus eſt.

Sed contrarium illo caſu tenuit Roy. conſ.131.nu.8.verſ. & ita Doct. ibi communiter hoc modo intelligunt Bar.lib.2.& illo caſu hanc concluſionem videtur admittere Dec.conſ.182.col.2.verſ.quarto.& col.6.verſ. tertio.& idem Roy.Florent.ſuper fideicom.de Gerardis.cõſ.114.nu.13. lib.3.Ideò ad tollendã difficultatẽ teſtator noſter vſus eſt verbis ſupraſcr.

Verùm, quia Rip.in.d §.diui. videtur facere differentiam inter verbũ, Si alienauerit, & verbum, Si contra fecerit. Pro quo facit Aretin.cõſ.18. nu.4.verſ.ſi quid contra ea factum erit.Corn.conſ.276.col.j.verſ. ſi ſecus factum fuerit. lib.j. vbi attentauit dicere, quòd illa diſtinctio non habeat locũ in vltima voluntate,ex mente Bar. Et in ſimilibus verbis, Si modo aliquo cõtrafecerit,vel venerit loquitur, etſi nõ ponderet.Roy.cõſ.39.lib.5. Dur.tit.8.cap.5.Alex.conſ.57.lib.2.refert Crot.d.cõſ.13.nu.44. vbi adducit tex.l.pater.§. quindecim.ff. de leg.3. Nihilominus reperi eundem Roy. principaliter, & expreſsè reprobantem hanc differentiam in conſ. 116.nu.14.lib.2.ſuper illo fideicom. de Gerardis Florent. vbi facit mentionem de Aret.& Corn.Et idem Roy.in præced.conſ.114.nu.12.& hãc vltimam opi.ſequor, quia non percipio realem differentiam inter prædicta verba. Additum fuit tamen in noſtro themate etiam, Vel huic prohibitioni contrafaceret quoquo modo. De verbis autem caſu quo alienaret vel adueniente caſu alienationis tradit Soc. conſ.115.lib.4. vbi conſuluit Florentiæ contra hoſpitale S. Mariæ nouæ, prætendens admitti ſtan e prohibitione alienandi appoſita in donatione.

Et quia obiter facta eſt mentio de caſu, quo erat vocatum hoſpitale, & ſæpè in ſimilibus prohibitionibus vocari ſolent Eccleſiæ: non videtur omittendũ mirabile conſ.Angel.inter conſ.Bal.conſ.219.Punctus.lib.4.in antiq.vbi in ſimili vocatione cuiuſdã fraternitatis S Mariæ, cõſuluit quòd probè facerent homines ipſius,ſi dicta bona redderẽt, & cederẽt credẽdũ eſt enim (ait Angel.) quòd pater volens ſalubre conſilium pro filio capere

ad quod

ad quod ſemper inclinatur, & flectitur paterna pietas, voluerit bona,quæ venderentur per filium ad fraternitatem deuolui, vt filium ſuum comprimeret timore pœnæ prædictæ, & iuuenilem calorem, qui ad effundendũ patrimonium ſolet cummuniter eſſe pronus, non autem ipſius fraternitatis intuitu, cùm veriſimile ſit teſtatorem non prædilexiſſe filio ſuo fraternitatem, vel alium: maximè illo caſu,vbi omni ſtudio, ſolertiq; cura vigilauerat,vt de dominio filij non exirent vllatenus bona prædicta: cui conſilio ſubſcripſit, & æquum putauit etiam Bal.Angeli frater, & ita nouiſſimè cõſuluit Hierony.Alban.conſ.41.col.2.in princ.& nu.16.vbi tamen nullam fecit mentionem prælleg.conſ.Angel.Conferunt ad propoſitum tradita per Crauet.conſ.103. an aduerſus pœnam priuationis detur reſtitutio in integrum, vt ibi per eum.

Vel fortè tanquam alienantis hæredes non admitterentur, &c.

QVADRAGESIMOSEXTO, quæritur, an hæres alienantis poſſit vẽdicare bona fideicõmiſſaria alienata. Reſpond. Iſta.q. videtur in hac materia frequentiſſima quotidie enim videmus in Praxi opponi hanc exceptionem aduerſus petitionẽ bonorũ fideicom.& ob eam ſæpè remanere voluntares, & diſpoſitiones teſtatorem circa ſua fideicom.ſine effectu.

Et pro fideicommiſſario faciunt tradita pet Gram. deciſ.93.nu.7.verſ. nec obſtaret.vbi loquitur in terminis noſtris, & multipliciter reſpondet obiectis Crauet.conſ.200.nu.7.verſ.rurſus illa regula, quòd hæres. & cõſuluit quidam Salluſtius inter conſilia Pau.Caſtr. conſ.196.viſis dubijs. in nouis. cui ſubſcripſit Abb. Natt.pulchrè cõſ.470.nu.12.verſ. nec dicatur Grat.egregiè conſ.91.lib.1.Alexandrin.conſ.84.nu.7.in fin.Cuman.cõſ. 33. Alciat.§.diui.circa fin. vt eum citat Pinel.l.j. in 3.par. nu.82.verſ. infertur ſecundo.C.de bon.mater.

Sed Pinellus ipſe (quem virum & eruditione maxima, & diligentia præclarum appellat Ant.Padil.in.l.& in prouinciali.C.de ſeru.& aqu.)contrariũ tenuit loco prælleg.nu.81.verſ.ampliatur.vj.& nu.82.verſ.infertur.3. Pract. Papienſ. in forma libelli in actione reali, in gloſ.verſ.Veris.nu.34. Pau.Caſt.deciſiuo conſ.17.col.3.in fin.in antiq.& conſ.262.circa primũ col.2.verſ.circa ſecundum. & conſ.367. quia in ſupraſcripto col.j.vbi diſtinguit quando eſt hæres eum beneficio inuentarij. in nouis. Alex.conſ. 32.nu.5.conſ.3.nu.j. lib.3. conſ.170. nu.7.lib.5. conſ.123.nu.8. lib.j. Alexandrin.conſ.42.in fin.conſ.163.in fin. Crauet.conſ.131.nu.6. Roy. cõſ.7.nu.39.lib.j. Tiraq.de Retract.§.j.gloſ.9.nu.49.verſ.& eſt.optimus Guid.Pap.conſ.133.in fin.Rodor.Xuar.in Reper.leg. quoniã prioribus. ampliat.7.col.5.verſ.& non ſolùm rem propriam. & nu.4.verſ.ex prædi-
cti

ctis infero vnam notabile. Gozad.conſ.94.nu.19. Alciat.conſ.600.vbi de reſtitutione aduerſus omiſſionem inuentarij Dec. conſ.38.nu.5.verſ.2.& conſ.547.nu.3.Bologni.conſ.3.ſenſit Soc.conſ.43. circa fin. verſ.vel dicamus.lib.3. Fulgoſ.conſ.67.col.2. & illo caſu,Roman.conſ.18.col.2. & conſ.457.col.2.Dur.tit.11.cap.8.nu.5.Cur.Sen.conſ.63.col.penul. Alb. conſ.29.nu.17.verſ.circa quartam.& conſ.73.nu.2.Zanch. in.§. cum ita. nu.355.verſ.quibus adde,iuncto.nu.358.verſ.& propterea.Beltrand.cõſ. 228.in princ.lib.2.in antiq.Paris,conſ.33.nu.15.lib j.& conſ.48.nu.3.& conſ.34.in fin.lib.2.Soc.Iun.conſ.107.nu.58.lib.3.vbi ſe remittit ad cõſ. 124.lib.j.Soc conſ.290.nu.3.lib.2.vbi ſubſcripſit conſ.D.Franc.Pepi Florentini.Corn.cõſ.133.lib.4.& conſ.304.nu.18.lib.3. Crot.in.§.diui.nu. 148.& nouiſſimè conſumatiſſ. Iuriſconſ. & Aduocatus Florent. D.Ioan. Bapitſta Aſinius (de quo verè illud dici poſſet, quòd ita iuſtus, & bonus vir eſt, vt natura non diſciplina conſultus eſſe videatur,ita peritus, ac prudens, vt ex iure ciuili non ſcientia ſolùm, verùm etiam bonitas nata videatur) in ſuis doctiſſ. & elegantiſſ.comm.in tit. Digeſtorum de Religioſis,& ſumptibus funerum.l.j.nu.184.186.vbi inter alias pulchras deciſiones diligenter ad propoſitũ collectas infert in ſpecie ad fideicom.vt ibi per eum.

Aduertendum eſt tamen ad vnum circa prædicta, quòd licet conficiatur inuentarium,nihilominus non poteſt in effectu agi præciſè contra bona, ſi remaneant tot bona alienantis hæreditaria, quæ æquiualeant bonis alienatis Soc.Iun.in d.conſ.107.in fin.lib.3.Pau.Caſt.d.conſ.262.Exe.in Tract. de pact.nu.228.verſ. iſta ſublimitatio bene procedit. quem refert, & ſequitur addens plures alios Pinel. loco præalleg.verſ. ampliatur ſeptimo. vbi ſubdit eſſe notandum contra errorem multorum, qui putant inuentarium ad plura prodeſſe, quàm herbam Betonicam, atq; inde erroneè tradunt facto inuentario admitti hæredem contra factum defuncti, in quo errore fuerunt non raro graues Doct. de quibus per eum ibi.

Cui verò incumbat onus probandi, quòd extent tot alia bona æquiualentia, tradit Crauet.conſ.225.circa fin.vbi videtur velle, quòd incumbat fideicommiſſario liquidare per æſtimationem,valorem bonorum,de quibus in inuentario, ſenſit Alex.l.ſæpè.nu.27.ff.de re iudic. Et ad idem facit Natt.conſ.214.nu.4.verſ.vtrum autem.& conſ.238.nu.6.& ſeq. Aretin. Inſtit.de actio.§.ſi quis agens.nu.12.Anchar.conſ.172.nu.8. Herculan. in Tract. de negatiua nu.26.verſ.9. vbi citat Crauet.d.conſ.225. reperio tamen Pau.Caſt.conſ.211.ſupraſcripta omnia,in tertio dub.in antiq. ſenſiſſe contrarium, quòd onus probandi valorem, & æſtimationem bonorũ tunc hæredi incumbat. Poſſent forſan concordari, diſtinguendo quis ſit actor, vel reus, vt eſt de mente Natt.d.conſ.238.col.fin.verſ.præterea dato.Et vidẽdus erit Niconit. ff. de oper.nou.nun. vbi infinitos cumulauit,

ſed.

ſed non omnes præallegatos in ſpecie.

Poſtremò aduertendum eſſet ad illam ſublimitationem, quam pro noua tradidit Exe. loco præalleg. nu. 228. verſ. ſecundo, & nouiter. vbi præſuppoſita nullitate contractus alienationis, quantum ad rei tranſlationem, infert exceptionem non obſtare, quando agens mallet teneri de euictione, & habere bona alienata, quod ait eſſe notandum pro excellente limitatione ad. l. vendicantem. ff. de euictio. Subdens, quòd hæc ſublimit. ſatis procederet reſpectu alienationis inter viuos, ſecus autem in teſtamento: vt ibi per eum: qui videtur ſenſiſſe in hoc cum Gram. in. d. deciſ. 93. & alijs pluribus ſequacibus præalleg. in princ. quæſt.

An autem hæres grauatus vendens teneatur de euictione, vel ſaltem ad reſtitutionem pretij, eſt optimum conſilium in materia Alexandrin. conſ. 152. per totum, & habetur in Deciſ. Rot. nouiſſ. Auguſtini. 465. Io. Paul. lib. 3. Corn. conſ. 2. lib. 3.

De cautela, & modo, per quem emptor domus ſubiectæ fideicom. cõditionali, reddatur & ſecurus, ita quòd nec de præſenti, nec in futurum moleſtari poſſit, tradit in ſpecie Dec. conſ. 323. per totum.

De fideicommiſſario agente, & offerente pretium emptori, Grat. conſ. 91. in fin. lib. j.

De hærede grauato alienante ignoranter, & ignoranti fideicom. Iaſ. l. fin. §. ſed quia noſtra. verſ. quarto notabilirer limita, & bene ſigna. C. com. de legat. Aemilian. conſ. 140. Val. conſ. 85. lib. j. Alciat. cõſ. 664. Mayner. l. non poteſt videri. ff. de regu. iur. vbi de ignorantia vtriuſq;. Roy. conſ. 66. 118. lib. 2. Crauet. conſ. 193. vbi ſcientia qualiter probetur. & cõſ. 77. nu. 18. Beltrand. conſ. 23. lib. j. in antiq. Barbat. conſ. 14. lib. 3. vbi bene declarat. Bellon. conſ. 64. Guid. Pap. deciſ. 611. Deciſ. Rot. Florentinæ, vt habetur in Motiuis lib. 9. nu. 138.

De fideicommiſſario agente contra hæredem alienantis Roy. conſ. 59. lib. 4. Barbat. conſ. 3. col. 8. lib. 4. Bar conſ. 19.

De mente ſcienter fideicommiſſum an agat de euictione, Roy. conſ. 146. lib. j. vbi conſuluit Florentiæ.

De deteriorante bona immobilia ſubiecta fideicommiſſo, obligato ad reficiendum damnum, deciſum fuit in Rota Florentina, vt habetur in Motiuis lib. 8. nu. 166.

De hærede grauato obligato reddere rationem fideicommiſſario, Paris. conſ. 81. lib. 2. & alij alibi ſæpè.

Poſtremò dum in noſtro themate fuit additum, Fort è eſſent negligentes in vendicando, faciunt tradita per Zanch. §. cum ita. nu. 414. verſ. & hec ideò fecit, vt licet fideicommiſſarius vniuerſalis conſentiat: vt ſæpè fit, &c.

Committeret

Committeret aliquod crimen.

QVADRAGESIMOSEPTIMO, quæritur, an valeat expreſſa prouiſio quod bona non tranſeant in Fiſcum. Reſpond. Prima facie videtur tex. quòd non in.l. filiusfam. §.diui. verſ. neq; fiſco fraudi eſſe.ff. de leg.j. Sed gloſ.& Iaſ.intelligunt ex cauſa debiti, non ex cauſa delicti. At Rip.ibi nu.52.dicit eiſe aduertendum, quòd ille tex. videtur probare, quòd prohibitio generaliter non noceat fiſco propter illa verba, Neq; fiſco fraudi eſſe. Vnde ipſe intelligit generaliter, quandò conſtaret, quòd teſtator in fraudem fiſci prohibitionem feciſſet, quia tunc bona prohibita venirent in fiſcum, propter fraudem, & ita loquatur ille tex. contraria verò loquātur, quando facta eſt prohibitio ſine fraude. Alciat.ibi (non facta mentione Ripę) eodem obiecto impugnare videtur intellectum gloſ.& ſequaciũ. vnde ipſe ait, fortè verius eſſe, ibi probari, bona à teſtatore vetita alienari propter delicta tamẽ publicari poſſe, vt per eũ ibi: & conſ.783. vbi refert eadem ferè fundamenta, atteſtans, quòd ipſe ſolet ſequi hanc opi. Et illo caſu, licet ex alijs fundamentis, cõſuluit Hieron: Alban.cõſ.j.nu.13.& ſeq.

Aduertendum eſt tamen, quòd dum Alciat.induxit dictũ Bar.l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.videtur immo induci poſſe in contrarium. Et ita inducit Rimin.conſ.81.nu.18. Natt.conſ.528.11.20. Boſſi.tit. de bonorum publicat.nu.41.vbi refert fuiſſe iudicatum Didac.Segur.tit.de bonis lucrãdis.nu.220.235.immò etiã ipſe Alciat.cõſ.522.nu.2.in fin.verſ.nõ obſt.

Et ſecundum præcedentem opi. quòd ſtante prohibitione expreſſa,nõ tranſeant in fiſcum, ipſe reſpondit, conſ.533.nu.j.& conſ.650.nu.vbi atteſtatur, quòd eſt certa, & com.opi. quam cùm exerceret officium aduocationis ſemper vidit obſeruari: vbi in fine ſenſit idem, quando teſtator expreſſit de fiſco.

Sed idem Alciat.in d.§.diui.formauit expreſsè.q.noſtram in terminis, quando teſtator expreſſit de fiſco,& reſpondit ſatis credere excludi fiſcũ, potuit enim teſtator rei ſuæ hanc legem imponere, nec ipſe fraudem fiſco facere videtur, qui nihil deliquit, immò delinquentem hæredem (quod in ſe eſt) bonis ſuis priuat,& ad alium transfert,qua de re alibi ait dixiſſe in.l. poſt contractum. ff. de donat. Et quamuis non faciat mentionem, tamen Roy.idem tradit in quarto Notab.& ſequitur Soc.Iun.conſ.34.nu.7.8.& conſ.49.lib.3.vbi reſpondet obiectis Rip. Alciat. & Cati. qui contrarium attentabant. Val. conſ.56.nu.11.lib.j. & Natt.conſ.528. præalleg. Alb.conſ.7.

Additum tamẽ fuit in noſtra formula ad maiorẽ declarationem, Declarans mentẽ ſuam eſſe principaliter prouidere pro conſeruatione bonorũ

ſuorum in familia, non autem facere aliquam fraudem fiſco. Faciunt à d hoc tradita ſuperius.q.30.in fin.

De hac autem materia cõfiſcationis bonorum fideicom. in caſu occurrente vltra prædicta poterunt videri Bero.q.41. Cagnol.l. Papinianus.§. meminiſſe.ff. de inoffic. teſtam. Ferron. eleganter pro ſubſtituto contra fiſcum, in Conſuet.Burg.tit.8.§.10.verſ.hæc faciunt, vt minus dubitandum ſit. lib.2. vbi tamen refert dicentes edicto Regio totum hoc nuper decisum, & præferri ſubſtituto fiſcum. Sed nondum apud ipſos Burgund. receptum eſſe. Boſſi.nouiſſimè tit.prælleg.de bonor. public. nu.34.verſ. eſt etiam alia via. vbi in ſpecie de prohibitione alienationis fideicom.& videri poterit nu.30.vbi defendit prohibitioné teſtatoris ab obiectis, quòd in fraudem,&c. Et de fideicom.ſub conditione an veniant nu.18.& generaliter, an bona futura nu.66.

Verùm quia hodie communiter per decreta Principum fuit promiſum in ſpecie etiam de bonis futuris, videatur nu.30.verſ. ſed contra dictam cautelam alia eſt via, vbi dat cautelam per viam exhæredationis, & refert fuiſſe iudicatum, quando delictum iam erat commiſſum: & tradit idem Curt.Iun. conſ.182. & illo caſu Soc.Iun.conſ.51.lib.j. Ferret.conſ.169. Dec.conſ.438. Paris. conſ.155.in fin.lib.4.vbi refert Dec.d.conſ.438. Siluan.conſ.79.nu.7. vbi refert ſimpliciter Curt. Iun. d.conſ.182. Hipp. in pract.§.aggredior.nu.89. Roy.conſ.123.lib.4. Cott. Memoral. verſ. bannitus ex crimine. & verſ. teſtamentum in quo pater. vbi pulchrè de cautelis contra fiſcum. Et circa illam.q. poſitam per eum in fin. contra fiſcum. Addi poſſet in terminis Riminal.conſ.136. per totum.

Nec ex cauſa dotium, &c.

QVADRAGESIMOOCTAVO, quæritur, an teſtator poſſit prohibere expreſsè alienationem, etiam ex cauſa dotium conſtituendarum, vel reſtituendarum. Reſpond. In expreſſa prohibitione generali, quòd adhuc procedat auth.Res quæ.tenet ibi Iaſ.nu.24.verſ. nunc ſuccedit pulchrum dubium.C.com. de leg. atteſtatur eſſe comm.opi. Subdit tamen, quòd fortè in puncto iuris poſſet teneri contra communem ſententiam: & refert ita aliàs tentaſſe conſulendo in ciuitate Bononiæ, tandem videtur reſidere cum opi. Bar. quæ eſt comm. argumento de quo per eum ibi: & nu.32.verſ.decimo extende. Non reperi illud conſilium, ſed vnum verbum ipſe poſuit in conſ.23.nu.2.verſ.iſta opi. multo fortius.lib.3. vbi tamen conſuluit pro communi, prout etiam conſ.157.col.2.in ſecunda difficultate lib. 2.vbi ſcripſit poſt inſiges, & præſtantiſſ. Doct. Florentinos. Socin. l.Marcellus.§.res quæ.nu.10.verſ.ſed in contrarium.ff.ad trebel.

Rip.§.diui.nu.70.& cum prædicta communi tranſit Dec. conſ.519. nu. 19.atteſtans ab ea in iudicando non eſſe recedendum.Corn.cōſ.38.nu.5. verſ.placet. lib.j. Gozad. conſ.97. nu.9. vbi ait omnes ita tenere in locis ordinarijs. Curt. Sen. conſ.27.nu.12.13.& conſ.63.nu.20.vbi refert ita ſæpenumero conſuluiſſe dum caſus occurrit, & facit mentionem de præalleg.cōſilio. Didac. variar.reſol.lib.3.cap.6.nu.10.verſ.ſecundo.Crauet. conſ.291.nu.4.verſ.ſexto. Alciat.conſ.644.dicit communem: & idem de verb.ſign.lib.3.col.antepenul.Bal.Nouel.tract.de dote par.6.priuil.13.

Sed contrariam opi. quòd immò ſtante expreſſa prohibitione teſtatoris, non valeat alienatio Conſuluit Corn.conſ.294.nu.5.& ſeq.lib.3. vbi refert,& ſequitur Bal.& Pau.Caſt.allegatos à Iaſ.& illo caſu conſuluit Soc. conſ.49.nu.14.lib.j.& Alex.conſ.101.lib.7. Aret.conſ.37. idem Corn. conſ.304.eod.lib.Soc.conſ.75.nu.7.lib.j. & præſupponit Campeg.inter conſilia Grat.conſ.9.nu.25.lib.2 Guid.Pap.cōſ.140.nu.7.& Deciſ.611. in fin.& ſenſit Dur.tit.8.cap.9.nu.2.Crat.conſ.17.nu.20.lib 2.vbi tamen non firmat: & videtur ſequi Claud.d.§.diui.nu.22.

Retenta tamen prima opi.tanquam magis cōmuni. Alex.cōſ.56.lib.j. eam limitat non procedere, quando teſtator expreſſit etiam ex cauſa dotium, refert, & ſimpliciter ſequitur Iaſ.d.auth.res quæ.nu.24.& cōſ.157. lib.2. præalleg. & hanc limitationem eſſe tenendam affirmat Curt. Iun.in d.auth.res quæ.nu.39.quāuis variauerit conſ.59. Curt. Sen. conſ.63.nu. 20.Paris.conſ.52.nu.37.& cōſ.63.nu.38.lib.2.vbi inter alios citat Ioan. Petrucc.in.d.auth.res quæ. Didac.variar.reſol. loco præalleg.verſ. tertio. verſ.ego verò.vbi plures adduxit.Val.conſ.85.nu.23.lib.j. Claud.§.diui. nu.22.præalleg.vbi refert limitationem Alexandri.

Contrarium tamen videtur ſenſiſſe Rip.§.diui.nu.73.Iaſ.in d.auth.res quæ.circa fin.verſ.decimotertio limita.Padil. ibi nu.117. vbi tamen atteſtatur eſſe comm.limitationem. Villalob.in tract.comm.opi.verſ. alienari prohibita nu.79. iuncto nu.86. vbi refert Didac. & poſt eum diſtinguit. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum in Curia Delphin. atteſtatur Guid.Pap.deciſ.96.vbi fecit mentionem de conſ.140.præalleg.in quo ſecutus fuerat Bal.& in fin.refert,non obſtante dicta prohibitione etiam ex cauſa dotis confirmata per filium, ita fuiſſe vnanimiter concluſum inter DD.de Parlamento,& inde iudicatum: quam deciſionem refert,& ſequitur tanquam veriorem Boër. deciſ.129.nu.5. idem admittit Bellon.conſ. 83.nu.6.verſ.quod adeò verum eſt. Lup.in repet.cap.per veſtras. in rubrica.§.16.nu.11.verſ.niſi ſpecialiter.refert ſimilem clauſulam vidiſſe appoſitam in quodam maioratu.

Eſt tamen aduertendum, quòd in illa deciſ. Delph. præſupponitur pro conſtanti,quòd aliunde dotari non poſſet. At in noſtra formula fuit pro-

uiſum de fructibus, iuxta l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. & tradita per Siluan. conſ. 90. nu. 11. verſ. vbi fructus non ſufficerent. & Lup. loco præalleg. §. 14. in princ. verſ. ex quo infertur. Et ſic cum iſto temperaméto poſſet ſuſtineri prædicta opinio, aliàs videretur nimis dura, & rigoroſa in iudicando, vt tradit Bero. q. 110. vbi latè, & egregiè.

An verò d. auth. res quæ. procedat in dote reſtituenda habita poſt mortem teſtatoris: Iaſ. ibi nu. 29. & nu. 33. verſ. quinto limita. tenet quòd non, contra opi. Anan. & Iaſonem refert, & ſequitur Roy. conſ. 137. nu. 18. in fin. lib. 2. & ipſe Iaſ. conſ. 23. nu. 2. lib. 3. & conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom. de Pagellis, conſ. 231. nu. 3. lib. 2. vbi affirmat iſtam eſſe veritatem: quamuis illo caſu præſupponat contrarium Soc. conſ. 42. & conſ. 36. lib. 3. Alciat. l. j. nu. 65. verſ. ego tamen. ff. ſolut. matr. & cõſ. 555. vbi diſtinguit. Paris conſ. 52. nu. 34. lib. 2. vbi refert Peruſin. dicentes eſſe communem, & in practica ſeruari. Soc. Iun. conſ. 119. nu. 7. lib. 2. Apoſtil. Alex. conſ. 67. nu. 4. lib. 4. vbi ait eſſe videndum Iaſ. d. conſ. 231. illud tamen eſt conſ. Anan. non Alex. & aduertit Curt. Iun. in d. auth. res quæ. nu. 7. & extat inter conſilia ipſius Anan. conſ. 61. vt dicit etiam Natt. conſ. 61. col. 3.

Contrariam tamen ſententiam tenuit idem Iaſ. conſ. 157. lib. 2. vbi videtur conſuluiſſe Florentiæ poſt alios celebres Doct. Florent. Dec. conſ. 376. vbi fecit mentionem de Iaſ. Roy. conſ. 89. nu. 41. lib. 2. vbi conſuluit Florent. & illo caſu Dec. conſ. 519. & conſ. 377. & Neguſant. vt eius conſilium aliàs vidi, & verè hæc opi. videtur canonizata Florentiæ. & tenet Mant. conſ. 291. nu. 5. Curt. Iun. in d. auth. res quæ. nu. 7. Siluan. conſ. 90. nu. 11. Natt. pulchrè conſ. 61. præalleg. ſenſit Claud. in. §. diui. nu. 24. dum ſe remittit ad conſ. Alex. 67. lib. 4. Rip. ibi nu. 76. diſtinguens tamen & Reſpon. j. tit. comm. de leg. Alexandrin. conſ. 78. nu. j. Didac. variar. reſol. lib. 3. cap. 6. nu. 10. verſ. quarto. Villalob. in tract. com. opi. verſ. alienari prohibita. nu. 79. 80. Aemilian. conſ. 144. Corn. in. d. auth. res quæ. nu. 5. 12. vbi diſtinguit.

Et quia diſpoſitio d. auth. res quæ. procedit in ſubſidium, an onus probandi non extare alia bona libera incumbat prætendenti diminuere fideicom. tradit Loaz. §. diui. nu. 70. ff. de leg. j. Dec. cõſ. 519. in fin. verſ. & mulier quæ dicit non eſſe alia bona. vbi conſuluit Florent. & tenet quòd mulier habeat intentionem fundatam ex ſuo dicto. Curt. Sen. pulchrè conſ. 27. nu. 17. ſed contra præmiſſam. Soc. conſ. 104. in fin. lib. 3. Cagnol. l. fin. nu. 273. verſ. & mulier dicens. C. de pact. vbi citat Dec. d. conſ. 519. Curt. Iun. d. auth. res quæ. nu. 46. verſ. vigeſimaſexta. vbi citat Soc. d. conſ. 104. Facit Pau. Caſt. conſ. 367. col. 2. verſ. & ex his ſequitur. in antiq. & ſenſit Cephal. conſ. 261. nu. 29. verſ. nec mihi conſtat alia bona extitiſſe.

Sed quòd immò onus probandi incumbat mulieri tradit Beltrand. cõſ.

161.nu.26.lib.3.in antiq.Paris.conſ.119.nu.5.lib.j. Corn.conſ.3.nu.3. lib.3.facit Crauet.conſ.77.nu.4. Bellon. conſ.83.nu.7.verſ. debent itaq; aduerſarij probare ſubeſſe cauſam, quòd bona ſubiecta fideicom. poſſint alienari: faciunt generaliter tradita per Hercul. in tract. de negatiua, in princ.nu.24.& hanc vltimam opi.ſequor, quæ habet regulam pro ſe prohibitiuam.

An autem diſpoſitio d.auth.res quæ.procedat quando teſtator expreſſè prouidit de dotibus, vt nihilominus reſtringatur quãdo in ſubſidiũ tãtùm: tradit Alexandrin.conſ.124.& elicitur ex traditis per Dec.conſ.81. in 6.quæſito.nu.5. Roy.conſ.138.nu.11.lib.2.& nouiſſimè Cephal. latè & pulchrè conſ. 105. maximè nu.19.& nu.43.verſ.nec obſt.quamuis variaſſe videatur conſ.253.nu.43.verſ.nec nocet.Et ſecundũ præalleg.quòd reſtringatur, ego olim conſului ſuper fideicom. Clariſſ.D. Simeonis de Portis Senioris, qui mandauit fœminas extantes dotari: in cauſa fidecom. Clariſſ.D.Leonardi de Portis, de qua feci mentionem ſuperius.q.j. & alibi.Videatur Port.conſ.97.vbi conſuluit Vicentiæ ſuper teſtamento, & legato Mag.D.Alexandri de Portis.

An verò ſi poſt prouiſionem,vel legatum dotium, taxata certa quantitate, & ſumma; antequam fiant nuptiæ, ex varietate temporum (vt experientia oſtendit) dotes creuerint,poſſit fieri diminutio fideicommiſſi pro nubendis fœminis, tradit in terminis Crauet.conſ.291.nu.4.verſ.ſed mutata fuerunt tempora, & dotium cõſtitutiones excreuerunt. Facit Alciat. de præſump. lib.j.verſ.ſecundo,in fin.verſ.ex quo antequã nubat, poſſent prædicta immutari: & conſ.244.nu.4.verſ. immò debuerunt, quia dotes creuerant. Aemilian.conſ.98.nu.6.verſ.& quamuis ipſe viuens:& nouiſſimè Port conſ.92.nu.102.verſ.nono quæritur. vbi conſuluit ſuper fideicom.Clariſſ.D. Federici de Portis Iuriſconſ. ſapientiſſ. qui in legato facto filiabus pro dotibus, expreſsè poſt ſummam, & quantitatem taxatam, adiecerat, Et plus, & minus, habito reſpectu ad conditionẽ temporũ,&c. Hæc.q. ſæpè oritur his noſtris temporibus, & ex facto vidi Vicentiæ, exortam inter Mag. D. Bernardinam de Prioratis, & Magg. eius patrueles. Vidi poſtea etiam Florentiæ cùm eſſem Auditor Rotæ, & deciſum fuit in Rota nemine diſſentiente, poſſe fieri diminutionem fideicom.pro augmento dotis, iuxta conſ.Crauet. & alia præallegata.

Poſtremò de materia d.auth.res quæ.& quòd ex cauſa dotis fideicom. alienetur, nec poſſit per vocatos reuocari, extat deciſio Rotæ Florent.vt habetur in Motiuis lib.4.nu.150. Et quòd bona ſubiecta fideicom. per matrem poſſint alienari pro reſtitutione dotis, ſicut in patre, in Motiuis lib.12.nu.66. & quòd non procedat pro filiabus nondum natis, & conceptis tempore mortis teſtatoris, in Motiuis lib.10.nu.122.

Trebellianicam

Trebellianicam.

QVADRAGESIMONONO, quæritur, an Trebellianica poſſit prohiberi in filijs primi gradus. Reſpond. Pro parte negatiua cõſuluit Dec.conſ.81.in quarto dubio nu.3.dicens eſſe com.opi. & habere æquitatem filijs fauorabilem, & ideò ſequendam, maximè corã arbitris: quod conſilium facit Paduæ in cauſa, quæ agitabatur Romæ, vt ipſe refert.conſ. 218.nu.5.vbi pariter in cauſa, quæ agitabatur Romæ, conſuluit. Eandem opinionem elegit Picc.in.l.in quartam.ff.ad leg.falcid. quia in tãto dubio eligenda videbatur opi.quæ faueret filijs.l.nam etſi parẽtibus.ff.de inoffi. teſtam.quamuis ipſe fateatur contrariam eſſe magis cõmunem Iaſ.l.Marcellus.nu.55.verſ.quid tenendum.ff.ad trebel. inquit tenendam eſſe hanc limitationem.& Roman.ibi atteſtatur ita obtinuiſſe Florentiæ.Guid.Pap. deciſ.51.Villalob.in tract.com.opi.verſ.teſtator.nu.78.etiam ſi detrahẽdæ duę quartæ.Bero.cap.in pręſentia.nu.445.de probat.vbi atteſtatur tenuiſſe legendo, & conſulendo Apoſtil. Alex. conſ.165.in fin. lib.5.vbi quod practicatur in patria iuris ſcripti, & iuſtè, quia æquior, & vtilior filijs Hieron.Alban.conſ.j.nu.14.Alciat.conſ.656.nu.j.verſ.pręſertim in liberis primi gradus. Neuizan.latè conſ.j.etiam ſi duæ quartæ:etiam non confecto inuentario. Roy.l.centurio.nu.60. ff.de vulg. dicit videri opi. verã, pro qua antea conſuluit (variauit tamen, vt apparet ex conſilijs) Rip.l.nemo.nu.54.ff.de leg.j.ſequitur tanquam communem, & limitat, niſi hæredes fuiſſent grauati, iuxta conſ.Alex.Soc.Iun.conſ.131.lib.j.vbi conſuluit Veronæ, & ita fuit iudicatum, vt ipſe refert deciſiuo cõſ.137.nu.7. & lib. 2.conſ.28.nu.2.& d.conſ.131.ſubſcripſit Paris.vt ibi habetur: vbi tamen Soc.Iun.videtur ſequi dictam limitationem, quando hæredes grauerentur.Et iſtam partem veriorẽ putat Claud.d.l.Marcellus.nu.11.Paris.cõſ 47.lib.2.vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom.Nobilium de Plouenis, & conſ.36.nu.23.vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom. de Artheis. Alb. conſ.7.nu.6.vbi quòd videtur verior, & magis æqua, & communis opin. Didac.cap.Raynutius.§.11.nu.7.verſ. quibus non poſſum in hoc dubio accedere ob filiorum fauorem. de teſtam. & ideò opinatur veriorem, ac magis receptam eſſe Baldi ſententiam. Port.nouiſſimè latè cõſ.92.in quarto dub.nu.18.vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom.Clariſſ.D. Federici de Portis. & ſubſcripſit Mant.& Port.ibi nu.56.atteſtatur, nuper in ciuitate Ferrarienſi, & Regienſi ſecundum hanc ſententiam iudicatum fuiſſe. Cagnol.l.Papinianus.§.meminiſſe.nu.11.ff.de inoffic. teſtam. quod iſta opinio eſt magis æqua, verior, & communior, & vidit eam ſemper ſeruari.Natt.conſ.528.nu.35.& conſ.145.nu.23.Val.cõſ.12.in ſecundo dub. lib.j.quod vidit iudicari tempore ſuo in Senatu Montisferrati.Et procedit etiam quando duæ quartæ, vt per eum ibi in tertio dub.nu.7. & ſeq. Dur.

tit.5.

tit.5.cap.31.nu.4.vbi tamen nō videtur hanc opi.tandem eligere, ſed refert, quòd nouiſſimis temporibus Rota, cùm iſte caſus ventilaretur corā ea, propter conflictum opinionum noluit cauſam ſententia decidere, ſed litigantes ad tranſigendum induxit, vt refert Caſſiodor. titulo de teſtam. deciſ.4. vtrū trebellianica. & idē ſepè fecit Curt.Iun.vt atteſtatur cōſ.154.

Sed pro parte affirmatiua, poſt longam diſputationem tenuit Corſet. in tract.de trebel. vbi atteſtatur iſtam eſſe veram, magis communem opi. & in effectu tenuit Dec.conſ.480.vbi commemorauit dictum ſuum conſ. 81. & quamuis proteſtetur, quòd ab eo non recederet, tamen in effectu ſequitur hanc partē; & ne videretur varius, prætexit hanc ſequi ex limit. Pau.Caſt. quando duæ quartæ. Et quando non videntur grauari filij, ſed venientes ab inteſtato, iuxta conſ.Alex. Et in hanc inclinabat Aret.conſ. 67.in fin.& præſupponit Alciat.conſ.497.nu.4. & in.l.cū proponas.verſ. portionem.C.de pact.& conſ.335. vbi quod ſeruatur iſta opinio de conſuetudine Mediolani, Annib.l.nemo.nu.369.ff.de leg.j. Prat.in.l.cū auus ff.de cond. & demon. quòd practicatur poſſe prohiberi Cott. Memoral. verſ trebellianica.quòd in venerando Collegio DD.Iudicum Mediol.fuit ſæpè ſeruata opinio affirmatiua contra Bal.& ſequaces, & ibi cōmemorat Alciat.in.d.l.cū proponas.non auſum ſe affirmare:ſubdens, quòd ſi fideicom. eſt iniunctum ſubſtituto proculdubio trebellianica cenſetur prohibita, iuxta conſ Alex. remittit tamen ad Galiag.l. centurio.ff. de vulg.vbi latè inſiſtit ſuper hoc: & ſuper hoc etiam nouiſſimè Zanch. in.§. cum ita. nu.482.vbi declarat. Cephal.conſ.188.nu.27.Clar.§. teſtamentū.q.72. idem Cott.verſ.filius grauatus à patre.& ver.quarta hodie.Paris.cōſ.126 lib.j. quando ex prohibitione alienationis cenſetur prohibita trebellianica: & conſ.j.nu.83.lib.3. & conſ.16.nu.58.lib.2. vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideicom.de Tonſis.& conſ.26.nu.26.& ſeq.vbi idem conſuluit latè Vicentię ſuper fideicom.de Clericatis. Apoſtil.Alex.conſ.67.lib.j.& cōſ. 29.lib.5.Bellon.conſ.80.nu.19.quod communis, & verior, maximè quādo duæ quartæ.Crot.l.qui Romæ.§. duo fratres.nu.41.ff. de verb.oblig. quando duæ quartæ.vbi refert ita conſuluiſſe, & quòd ſemper ita conſuleret, quandocunq; caſus de facto cōtingeret.Et videtur inclinare Crauet. conſ.16.in fin.quando duæ quartæ:tandem ſe remitens ad vſum Curiarū. prout etiam fecit Clar.ſentent.lib.3.§.teſtamentum.q.63.verſ. non poteſt negari.vbi tamen diſtinguendo tenet hanc partem, quando hæreditas eſſet reſtituenda deſcendentibus, non autem extraneo. Quæ diſtinctio, &. ſi prima facie videatur pulchra, attamen patitur illam difficultatem, quòd immò diſpoſitio d.l.Iubemus.limitetur non procedere, quando hæreditas eſſet reſtituenda extraneo, vt per Zanch.§.cum ita.nu.815.& Val.cōſ.78. lib.j. Apoſtil.Rimin.conſ.231.in fin.inquit, quod eſt magis communis,

& vt refert

& vt refert Caſſiod. deciſ. præalleg. maior. pars DD. inclinabat in hanc affirmatiuam: & patet ex Motiuis relatis ibi per eum in fine.

Ego aliàs iam multis annis præteritis conſului pro hac parte, & ſubſcripſi conſilio Celeber. D. Ferdinandi de Thiennis, pro filijs. q. D. Pauli Campiliæ. poſteaq; ſemper hanc ſum ſecutus conſulendo, & iudicando, vt in cauſa Clariſſ. D. Leonardi de Portis, de qua feci mentionem ſuperius q. j. & in cauſa Mag. Com. Iulij Seſſij, de qua memini. q. 19. & alibi ſæpè. Et quoniam Picc. & ſequaces in tanto dubio dicebant inclinare in partem negatiuam, fauore filiorum, per. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. Ego contra inclinabam in hanc partem affirmatiuam, motus per tex. quē ſemper reputaui, ad hoc propoſitum, mirabilem in. l. ſi pars iudicantium ff. eo tit. vbi eſt tex. ad literam, quod ſi pars iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundū id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet, humanius erit ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamentum pronunciauit, niſi apertè Iudices iniquè ſecundum ſcriptum hæredem pronunciaſſe apparebit: & Baldus ibi expreſsè not. quòd plus fauetur teſtamento in dubio: quàm filio exhæredato: meminit Cuman. conſ. 166. in fin. Et quia eſt fauorabilis illa interpretatio, quæ impedit detractionem trebellianicæ, quæ detrahitur contra voluntatem teſtatoris, Corn. conſ. 182. lib. 2. Fabian. in auth. nouiſſima. q. 24. col. fin. C. de inoffic. teſtam. Quod vſq; adeò procedere videtur, vt detractio in foro poli ſit illicita ſecundum Bal. quem refert Iaſ. Inſtit. de actio. §. ſed iſtæ. nu. 125. Paris. conſ. 16. nu. 61. lib. 2. & ſolutum indebitè reſpectu trebellianicæ non poteſt per conditionem indebiti repeti, ſi fuit ſolutum per errorē iuris, quia cenſetur debitum naturaliter, Corn. conſ. 104. nu. 7. verſ. & ſolutum. lib. 4. & in dubio contra eam tradit etiam Gozad. conſ. 45. in fin. quicquid ſecus videatur dixiſſe Bellon. conſ. 67. vbi de prædictis non meminit. Facit elegans dictum Alex. conſ. 117. nu. 17. lib. 6. cauendum eſſe ne dum filio ſatis fauendum eſſe exiſtimamus, fideicommiſſarij commoda defraudentur.

Et quoniā nouiſſimè Port. d. conſ. 92. nu. 56. verſ. & quāuis idem Caſſiod. videtur cauillari circa intellectū d. deciſionis, & mentē DD. de Rota: ad tollendam huiuſmodi cauillationem, ſciendum eſt, quòd in meo volu. Deciſ. Rot. nouiſſ. habetur in deciſ. Cardinal. Simonettæ (de cuius laudibus apud Dec. conſ. 436.) deciſ. 84. in vna Romana hęreditatis de Bubalis coram Caſſiodoro, & deinde in vna Romana hæreditatis de Capiſuchis, coram Petraſancta Rotam bis concluſiſſe, poſt varias relatas Doctorum opiniones, illam eſſe veriorem, quòd in filijs primi gradus trebellianica, hodie poſſit prohiberi: & eadem deciſio, cum alijs habetur in deciſ. Cardinal. Creſcentij 120. Nota, quòd licet multum ſit inter Doct. diſputatū.

vbi licet opinio negatiua Bal. & Salyc. l. iubemus. C. ad trebel. diceretur ſecundum aliquos magis communis, vel per Dec. latè conſ. 81. nu. 3. & cõſ. 218. nu. 5. tamen quia aliàs Rot. pro communiori, & veriori ſecuta fuit bis contrariam, & affirmatiuam opi. in familia de Bubalis, & de Capiſuchis, vt in notab. D. Piſaurenſ. reperitur, eandem opi. coram ſe in vna Roman. etiam de Bubalis ſecuti fuere omnes DD. pro qua vnus ex DD. allegauit ſatis concludentem rationem D. Caroli Royni ſui Præceptoris, nam ſi teſtator relicta tantùm filio legitima, poteſt de ceteris bonis ad libitum ſuum diſponere, quare eſt, quòd non poſſit trebellianicam, & omnem detractionem prohibere? & tantò magis in illa cauſa coram ipſo poterat illa opinio iuſtificari, quia fideicom. erat poſt mortem filij. 5. ſi filius ſine filijs decederet: quo caſu, non ipſe filius, ſed eius hæres grauatus videtur, ad not. per Bar. l. qui duos. ff. de vulg. refert Auguſtin. in ſuo Repert. tit. de teſtamentis. nu. 11. vbi addit Gomes. deciſ. 194. ex quibus clarè patet hanc opinionem eſſe in Rota canonizatam, cuius ſacroſancta auctoritas quanta ſit, nemo eſt, qui neſciat: & dixi ſuperius. q. 4. Additum verò fuit in noſtra formula expreſsè de ſubſtitut. & venientibus ab inteſtato, &c.

An autem illud, quod fuit vlterius additum de reſtitutione fructuum, poſſit defendi: videbatur prima facie, quòd non, præſuppoſita illa opin. quòd fructus non imputentur in trebellianicam in filijs primi gradus licet hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit, d. l. iubemus. C. ad trebel. quodq; in eis trebellianica non poſſit expreſsè prohiberi. Nihilominus quicquid aliàs ſit, in noſtra formula non eſt iuſſum de imputando, ſed de reſtituendo: quo caſu, quòd valeat mandatum videtur tenere ſignanter poſt Angel. Alex. in l. Baliſta. nu. 3. ff. ad trebel. vbi tamen Claud. dubitat: ſed idem Alex. conſuluit conſ. 67. nu. j. circa fin. verſ. & dato quod hodie. lib. j. & cũ dicto Angeli tenuit Cuman. conſ. 25. circa fin. & ſenſit Matheſil. in l. filiũ. fol. 9. col. 3. verſ. ſeptimo. C. famil. herciſ. dicens hoc videri mirabile. & clarè firmat Rip. l. in fideicom. nu. 33. ff. ad trebel. vbi addit hoc eſſe bene notandum, quia aliàs vidit maximum Aduocatum in hoc erraſſe.

Poſtremò, quòd fideicommiſſarius primus non detrahat trebellianicã à ſecundo, niſi quando hæres non detraxit ab eo, vt ſibi gratiam, & liberalitatem faceret, quod præſumitur in filijs, & ſimilibus, in quibus cadit affectio, deciſum fuit in Rota Florentina, vt habetur in Motiuis lib. 9. nu. 144. Et quòd trebellianica cenſeatur prohibita ex illis verbis, Totam, &c. in Motiuis lib. 4. nu. 33.

Et quòd trebellianica conſumatur per fructus perceptos à grauato, immò percipiendos, & per habitationem domus teſtatoris, quæ in fructibus computatur: & procedit in omnibus grauatis, præterquam in filijs primi gradus, in Motiuis lib. 8. nu. 58. Et an ceſſet detractio trebellianicæ,

aduerſus emptorem, & ceſſionarium fideicom. à pia cauſa, ſicut aduerſus ipſam piam cauſam conſuluit Beltrand.cõſ.390.lib.6. ad quod faciunt ea, quę de beneficio inuentarij transeunte in ceſſionarium fideicõmiſſariũ tradit Bar.l.in ratione.§.quod vulgo.ff. ad leg.falcid. Roman. in auth.ſimiliter.nu.106.eo. tit.vbi etiam æquiparat fideicom. & emptorem hæreditatis. Angel.conſ.31.vbi conſuluit Florent.Porcellin.in Tract. de inuentario, cap.2.nu.26.verſ.decimoquarto.Euerard. in loco à Fiſco ad Eccleſiam, vel piã cauſam, col.5.verſ.decimo.Tiraq.de retract.§.26.Gloſ.3.nu.28.Et de ceſſione ſpeciali declarat Pract.Papi.in forma Reſpõſ.Rei.Gloſ.verſ.ſaluis alijs.nu.15.verſ. primo caſu. Et de ceſſione generali omniũ iuriũ,&c.Iaſ.conſ.92.col.fi. verſ.ſed in propoſito.lib.j.Soc.cõſ.121.col.fi. verſ.& maximè hoc eſt clarũ.lib.j. & ideò eſſent cõſiderandæ clauſulæ inſtrumenti.

Prohibuit etiam legitimæ detractionem.

QVINQVAGESIMO, quæritur, teſtator noſter prouidit enixè contra detractionem legitimæ, an valeat huiuſmodi prouiſio. Reſpond. Prima facie videbatur, quòd non: cum multæ cautelæ fuerint excogitatę à Doct. quæ tamen non ſubſiſtunt, vt apud Cæpol.in cautel.21.pater volens.& vulgatum eſt dictum Bar.de doctrina Dyni in hac materia, & habetur in Motiuis Rotæ Florent.lib.10.nu.101.quòd legitimæ non videtur renunciare filius acceptans legatum, vel per approbationem teſtamenti. Sed ego (ſalua determinatione Sanctę Matris Eccleſię) non crederem peccare, quia principalis intentio eſt non fraudare filium legitima, ſed prouidere agnationi, & familiæ, cui etiam bona ſunt quaſi debita: ideò cùm in noſtra formula pater inſtituerit filios hæredes vniuerſales, etiã vltra legitimam, & in ſpecie in legitima, quando noluit acquieſcere, ceſſat animus fraudandi. Et huiuſmodi prouiſio fundatur ex traditis per Dur. tit.5. cap.31.nu.6.verſ.item notandum.vbi allegat Dec cõſ.687. ſubdens, ſic igitur poterit teſtator hæreditatem integram ad ſuos poſteros, vel agnatos deuoluere mortuo filio hærede inſtituto. Et æquitatem habet, ait ipſe, remedium hoc, quoniam agnationi bona ſunt quaſi debita, & Reipub. expedit bona agnatis deferri: nam diuitijs familiarum dignitas conſeruatur, teſte Beato Auguſt.de quo latè per Barb.in Rubr.de ſucceſs.ab inteſtato.

Addo pro corroboratione huiuſmodi prouiſionis, quòd illo caſu Dec. conſ.687.vbi conſuluerat Florentiæ, ſubſcribens conſilium D.Nicolai de Nobilibus Aduocati Florent.idem cõſuluere alij celeber.Doct Soc.Iun. cõſ.122.lib.j.vbi in themate præſuppõitur acceptatio filij expreſſa. Paris. conſ.9.lib.3.Curt.Iun.conſ.159.vbi refert in ea controuerſia conſuluiſſe quàm plures Iuriſconſul.circa quam ipſe etiam requiſitus vt iudicium ſuũ

proferat,

proferat, licet prima facie durum videatur velle excludere cauſam habentes à filio à legitima ſibi debita iure naturæ tamen in caſu propoſito concurrit in ſententiam DD.Conſulentium,vt ibi per eum. Et hoc remedium ſequitur Alciat.conſ.497.vbi refert Dur.loco prælleg.& de alijs nõ meminit: ſubſcribens conſ.Cati. & præalleg. conſ. Dec. approbat Cagnol.l. Papinianus.§.meminiſſe.nu.17.verſ.ſed dubium eſt.ff.de inoffic.teſtam. vbi addit quædam conſ.Paris.& Curt.Iun.non tamen præallegata illo eodem caſu.Cephal.conſ.16.nu.56. vbi filij acceptantes, quod eſt ſupra legitimam, in legitima poſſunt grauari, & in terminis cõſ.153.nu.44.verſ ſexto.& nu.91. & per Opizon.§.diui. vbi quòd cogitur aut totum acceptare, aut repudiare totum tenorem teſtamenti: refert Gram. conſ. 145. nu.4.Et de filio approbante expreſsè onus fideicom. etiam quoad legitimam tradit Rodor.Xuar. in repet.l.quoniam prioribus ampliat. Decima. nu.52.verſ.infertur ex prædictis vnum famoſum ad conſulendum, vbi pater vult vinculare bona, quæ pro legitima reliquit filio ſuo. Lup. in Rubr. de donat.inter vir.§.16. in fin. & Guid.Pap.deciſ.96.in primo dubio. & cõſ.133.nu.2.vbi de approbatione teſtamenti in omnibus, & per omnia. de qua etiam Paris. conſ.j.nu. 104. lib.3. & Roy. pulchrè conſ.56. nu.7, verſ. & in qua dicti fratres lib.2. & Alexandrin.conſ.43.nu.12.& ſeq. & conſ.73.nu.5.& illo caſu Soc.Iun.conſ.136.nu.16.lib.j.quamuis illo caſu Paris.contra cõſ.43.nu.29.verſ.minus ob.lib.3. ſed cum prædictis tenet Cephal.conſ.153.nu.76.ipſe tamen Roy.variaſſe videtur cõſ.149.nu.13 verſ.nec etiam per indirectum diſponendo: iuncto nu.8.verſ. inſuper ex alio,lib.3.vbi ille teſtator ſimiliter fecerat huiuſmodi prouiſionem.

Et quoniam prædicta loquuntur, quando præſupponitur expreſſa acceptatio, & approbatio filiorum: difficultas maior eſſet, quãdo filij, mortuo patre, ſimpliciter ſe immiſcuiſſent hæreditati paternæ: ideò additum fuit in noſtro themate, Quòd Cõmiſſarij procurent, quòd filij talem laudationem, & ratificationẽ expreſsè faciant,&c. Videatur dicta infra.q.52. Et obiter legi teſtamentum, & fideicom. conditum à meo proauo, præſentibus continuò filio, & nepote ad omnia, & ſingula prædicta: & ſic ſponte volentibus, & conſentientibus expreſsè, & prædicta omnia ſemper obſeruare promittentibus, & in aliquo nunquam contradicere, &c. pro quo fideicom. obiter (quamuis ſit ex verbis ipſius clariſſimum) extat conſilium in ſimili fideicom.Ioan.de Mediolano Senioris, factum ab Excellentiſſ. Soc.Iun.conſ.115.lib.3. & in terminis de filio emancipato, renuncian e emancipationi, præſente, & conſentiente conſuluit Paris.conſ. 2.l.3.& illo caſu Curt.Iun.conſ.54.facit Dyn.conſ.7.in.j.q.

QVINQVAGESIMOPRIMO, quæritur, præſuppoſito, quòd eſſet locus detractioni legitimæ, an in noſtro themate, Cùm ſint ſex filij,

legitima, cum trebellianica, poſſit tranſcendere ſemiſſem. Reſpond. Bal. ſingulariter conſ. 260. lib. 2. in antiq. fuit in opin: quòd non. Et memoria teneo, quòd olim Clariſſ. D. Ferdinandus de Thiennis ita conſuluerat pro filijs D. Pauli Campiliæ. At ego requiſitus de ſubſcriptione, approbaui eius conſilium in omnibus punctis, hoc excepto, quia mihi videbatur eſſe nouum dictum, & durum in praxi: & reddidi rationes, quibus tunc mouebar ad diſſentiendum, allegando in contrarium Angel. conſ. 287. col. 2. verſ. & vt rem deducam. Picc. l. in quartam. col. fin. ff. ad leg. falcid. Crauet. conſ. 50. Addo nunc Cagnol. l. Papinianus. §. meminiſſe. nu. 19. ff. de inoffic. teſtam. Zanch. §. cum ita. nu. 815. vbi addit Beltrand. quibus omnibus accedit Corn. conſ. 182. col. 4. verſ. concludo lib. 2. Bal. conſ. 156. ſtatuto. lib. 2. in antiq.

Quæ omnia Fideicommiſſa expreſſè in omnibus,
& per omnia laudauit, & ratificauit, &c.

QVINQVAGESIMOSECVNDO, quæritur, quid operentur verba ſupraſcripta. Reſpond. Vltra dicta ſuperius. q. 50. videri poſſet Dec. conſ. 362. & conſ. 447. vbi conſuluit Florentiæ in materia prorogati, & noui fideicommiſſi. Paris. conſ. j. nu. 113. lib. 3. & illo caſu. Curt. Iun. conſ. 54. nu. 16. & conſ. 96. nu. 3. Soc. Iun. conſ. 75. lib. 3. vbi latè reprobauit præallegata conſ. Decij: & in ſimili declaratione conſuluit Iaſ. conſ. 141. vt patet ex themate, & multis locis illius conſilij.

Et præterea, vt futuris temporibus appareant bona, &c.

QVINQVAGESIMOTERTIO, quæritur, an huiuſmodi inuentarium faciet probationem futuris temporibus in iudicio. Reſpond. Videri quòd ſic: cùm vltra aſſertionem teſtatoris, extet etiam depoſitio, & examinatio teſtium, iuxta tradita per Paris. conſ. 34. nu. 31. verſ. & hoc vt dicta bona eſſent certa, voluit illa annotare in dicto teſtamento lib. 2. Paul Caſt. conſ. 10. in fin. & conſ. 17. in princ. Barbat. conſ. 37. in fin. lib. 3. Facit Soc. conſ. 73. nu. 3. verſ. nec obſt. lib. 3. vbi conſiderat aſſertionem factam in teſtamento, ex quo teſtator cogitat de morte: & Soc. Iun. conſ. 135. nu. 14. verſ. ex quo ſumitur bonum iudicium, quòd ipſi erant domini illius: quoniam cùm quiſq; præſumatur bonus, & non delinquere per iura vulg. non eſt præſumendum, quòd diuiſerint niſi ea, quæ eorum erant. lib. 2. pro quo ad idem propoſitum Calcan. conſ. 32. nu. 13. verſ. quæ non ſolent fieri, niſi à veris dominis: & de teſtatore tradit Natt. cõſ. 235. nu. 12. Quamuis in contrarium de ſimplici aſſertione teſtatoris tradit Alex. conſ. 96. nu. 7. verſ. nec ob. teſtamentum. lib. 5. ſed in ſpecie propoſita concurrit

aſſertio

aſſertio teſtatoris, & depoſitio teſtium: & de ſimplici aſſertione teſtatoris tradit etiam Bal.conſ.75. D.Thomas Aſinarius col.2.verſ. ad euidentiam.lib.3.in antiq.vbi tamen ſubdit vnum eſſe aduertendum, quòd ſi teſtator diſpoſuit in teſtamento tanquã de re propria, hæres qui adiuit hæreditaté, nõ poteſt dicere teſtatoré eſſe mentitũ:diſtinguendo,vt ibi per eũ.

QVINQVAGESIMOQVARTO, quæritur,an hæres ipſe grauatus teneatur facere inuentarium. Reſpond teneri conficere inuentariũ deſcribendo in eo omnia mobilia, & ſe mouentia; & ipſorum pretium, & æſtimationem, ac immobilia, actiones, & iura ſubiecta ipſi fideicom.& contra hæredem,qui non confecit inuentarium,iurari poterit in litem per fideicommiſſarium, prout tradit Plot.in.l.ſi quando.nu.595.verſ. hæres. C.vnde, vi. vbj limitat, & declarat pulchrè, vt ibi per eum: & dictum inuentarium factum faciet probationem: Paris.conſ.45.nu.20.lib.2.

TERTIA PARS.

CORAM VOBIS, ETC.

COMPARENT B.G.M.B.F. fratres, & fq.H. & dicunt, quòd præfatus.H. eorum pater, in ſuo teſtamento ſuos vniuerſales hæredes inſtituit ipſos cõparentes eius filios, ſimul cum.N. alio filio: & ſi vnus dictorum eius filiorum inſtitutorum deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, &c. ſubſtituit aliũ, & alios dictorum eius filiorum inuicem, ac reciprocè, vulgariter, & per fideicomiſſum; cum expreſſa prohibitione alienandi, &c. & cum alijs clauſulis opportunis: ex quibus euidenter apparet de eius ſolenni, & ſtrictiſſimo fideicommiſſo, quod actualiter exhibent, & producunt in publicam,& authenticam formã,&c. Item dicunt, quòd præfatus.N.poſt mortem patris, ipſum teſtamentum paternum in omnibus, & per omnia expreſsè laudauit, & ratificauit, & hęreditati paternæ pro ſua portione ſucceſſiuè ſe immiſcuit. Item dicunt, quòd in diuiſionibus factis inter ipſos fratres de bonis hereditarijs paternis, obuenerunt ipſi.N. bona in fine præſentis libelli deſcripta. Item dicunt, quòd præfatus.N.deceſſit ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus. Et ita euenit caſus prææallegati fideicommiſſi. Quare prænominati Comparentes petunt condemnari.N. iniuſtum detentorem, & occupatorem dictorum infraſcriptorum bonorum, ad ſibi reſtituendum, dimittendum, & relaxandum dicta infraſcripta bona,ſibi debita ex cauſa ſubſtitutionijs

tutionis, & fideicommiſſi prædicti: vnà cum fructibus indebitè ptrceptis, & percipiendis vſq; ad actualem reſtitutionem, dimiſſionem, & relaxationem. Detractis tamen, ſi quæ veniant de iure detrahenda, omni meliori modo, cum alijs clauſulis ſalutaribus; & proteſtatio de expenſis, &c.

SEQVVNTVR BONA, ETC.

Variari tamē poterit, & debebit libellus ſecundū varias circunſtātas facti.

Libelli diuerſi poſſent formari in hac materia, reſpectu fideicommiſſariæ hæreditatis petitionis, Rei vendicationis, Plublicianæ, Actionis ex teſtamento, Officij iudicis, Condictionis ex.l.fin.C. comm.de leg. vt per Angel.conſ.229. vbi admittit etiam cumulationem, licet dicat, quòd cōtra plures diuerſa bona ex diuerſis cauſis poſſidentes agi nō poſſit eodem libello, ipſis contradicentibus, iuxta Specul. & alios ibi allegatos: & idē videtur tenere Soc.de libel.oblat.cap.j.nu.143.verſ.circa quartum principale an plures poſſint conueniri eodem libello, vbi col.2.verſ. & ex prędictis deciditur.q. refert Specul. & ſequitur, non tamen meminit Angel. conſ. præalleg. Poſſet etiam formari libellus reſpectu poſſeſſorij, ex.l.fin. C.de edit.diui Adrian.tol.iuxta tradita ibi per Doct.

Et de hac materia libellandi in fideicom.tradit Corn. conſ.18.col.2.3. lib.3.& conſ.207.lib.j.Roy.conſ.54.lib.4. Neuizan. pulchrè conſ.33. in ſecundo dub.Guid.Pap.conſ.140.verſ.ad ſeptimum. Barbat.conſ.14. in fin.lib.3.Alex.conſ.98.lib.2.conſ.23.lib.3.conſ.186.lib.5.Aret.cōſ.37. in fin.Io.Bap.de S.Blaſio in tract.de actione, & eius natura cap.13.actio. vbi pulchrè tangit Bellon.conſ.80.circa fin.& Soc.conſ.44.lib.3.Alexandrin.conſ.97.Grat.conſ.101.nu.39.lib.2.Soc.Iun.141.lib.2.

Sed formam libelli cōtra hæredem poſuit Pract.Papien.in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione. Aliam formam poſuerat poſt Roffredum Petrus Iacob.in ſua Praxi Rubr.de fideicom.hæreditatis petitione, vbi præſupponit eſſe factam reſtitutionem verbo. qui in Gallicanis moribus pręter magnam iuris peritiam fuit inſtructiſſimus, teſte Tiraq.de retract.§.6. Gloſ.j.& à quo Pract.Papien.ſumpſit quaſi totam ſuam practicā. & cuius libellum in hac materia tranſcripſit Herman.Baren.in Tract.de formandis libellis cap.81.libellus. Aliam formam poſuit Ioan.Berber. in ſuo Viatorio, in.4.par.in pract.leg.Regiar. Rubr. quando petitur hæreditas in vim ſubſtitutionis. Aliam formam contra emptores poſuit Pau.Caſt.cōſ.10. col.fin.in antiq.vbi egregiè loquitur, & inſtruit fideicommiſſarium: cuius conſ.tanquam notab.meminit Neuizan.conſ.33.nu.16.prealleg.& conſ. 54.nu.12.verſ.pro forma libelli: & eandem formam poſuit Barbat.cōſ.14 in fin.lib 3. Aliam formam refert Barbat.conſ.3.col.2.lib.4. vbi videtur conſuluiſſe Florent.ſuper fideicom.de Tarlatis.

Et quoniam

Et quoniam ſuperius facta eſt mentio de poſſeſſorio ex.l.fin.C.de edic. diui Adrin.tol. Eſt aduertendum ad Curt.Iun.conſ.92. vbi conſuluit Paduæ ſuper fideicom.de Saluaticis, nam ipſe refert latam fuiſſe ſententiam per Spectab.D.Vicarium, hæredem inſtitutum à grauato eſſe mittendum in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ per ipſum grauatum tempore mortis ſuæ tenebantur, reſeruato iure cuiuſcunq; fideicom. competentis dictis de Saluaticis: eamq; ſententiam fuiſſe confirmatam per Mag.& Clariſſ.D.Prætorem: & cum ipſius cauſæ deciſio demum deuoluta fuiſſet ad Illuſtriſſ.Conſilium de XL.in ciuitate Venetiarum.Cur.Iun. ipſe cōſultus reſpondit, ſententiam prædictam forè confirmandam per Illuſtriſſ. Conſil.de XL. nō obſtantibus multis nugis, & friuolis exceptionibus in proceſſu adductis per illos de Saluaticis.Et atteſtatur iſtam eſſe veram mentē ſtatutorum Paduæ, ac laudabilis conſuetudinis Venetæ:& illo caſu quoad petitorium conſuluit etiam Mant.conſ.115.Paris.conſ.75.lib.2.

Quod eſt notandum propter ſtatutum Vicentiæ,Rnbr.de mittendis in poſſeſſionem rerum, & hæreditatum defunctorum, in quo fit expreſſa mentio de fideicom & nihilominus practicatur,quòd fideicom.petuntur de manu hæredum, & poſſeſſorem vel per modum libelli,vel per viam tenutæ, quæ poſtea producitur in iudicio.

Aduertendum eſt etiam ad Pau.Caſt.in.l.reſtituta.ff.ad trebel. vbi refert, quòd aliàs fecit irritari quendā proceſſum, quia ſubſtitutus cui poſt mortem hæredis relicta erat hæreditas, mortuo hærede, ſtatim dixit ſe adire hæreditatem illius defuncti: & fecit ſe immitti in tenutam bonorū, ac ſi eſſet directè inſtitutus,& in hoc errore vidit plures Procuratores eſſe tam Florentiæ, quàm Bononiæ. Nam dixit, quòd iſta erant ineptè facta, quia ad eum non ſpectabat adire, quia iam erat per hæredem adita: nec poterat capere tenutam, niſi facta reſtitutione per hæredem hæredis, ad quem hoc pertinet. Subdit tamen in quibuſdam locis eſſe ſtatuta, quòd non requiratur reſtitutio. Sicut etiam de iure communi ſunt aliqui caſus, in quibus non requiritur reſtitutio. Nam nec tunc debet adire, nec vt hęres petere tenutam. Poſſet tamen tolerari, vt reſoluatur aditio in acceptationem fideicomm. & illud verbū hæres intelligatur.5. vtilis.l.ſi filius. ff. quod cum eo.Idem Pau.Caſt.in.l.inter omnes.ff. qui ſat. cog. hæc eadem repetit. vbi Rimin. inquit eſſe bene notanda: & ſenſit Neuizan. conſ.54. nu.54. nu.12. verſ. & caueat. vbi ad idem alleg. Iacobinum. tradit clarè Cæpol.caut.3.Corſet.in Tract.de poteſt.reg.par.3.q.17.nu.28. & ſimile dictum Bal.refert Cott.memoral.verſ.fideicom.vniuerſalis.

Ego tamen (quicquid eſſet illis temporibus Pau. Caſt.) nunquam vidi ſimiles errores in Procuratoribus Florentinis noſtri temporis, dum functus fui officio Auditoris in ipſa Rota Florent.quia nunc nō attenduntur eiuſmodi.

eiuſmodi apices iuris, & ſubtilitates, & cauillationes informandis proceſſibus: ſed proceditur ex forma ſtatutorũ ſummariè, &c. iuxta Rub. de modo procedendi in ciuilibus cauſis, lib. 2. in princ. & ſpecialiter quoad legata, & fideicom. iuxta ſtatutum ſub Rubr. de executione legatorum: vbi permittitur, quòd executioni mandentur, & mandari poſſint, quemadmodũ inſtrumenta Guarantigiæ, non obſtante, quòd hæreditas, vel ſucceſſio nõ fuerit adita, vel apprehenſa, &c. Et ipſe Pau. Caſt. fuit vnus de compoſitoribus nouorum ſtatutorum Florentiæ, vt apparet ex proœmio, & ipſemet atteſtatur in l. j. C. de inoffic. dot. Et meritò Iaſ. in l. ſi is qui. §. ſi iuramento. nu. 13. ff. de iur. dubitabat de præalleg. ſimili dicto Bal. vt refert Cott. loco præalleg. Quinimmò reperi, quòd Thomas Saluettus Practicus Florentinus in Gloſ. ſuper dicto ſtatuto de executione legatorum, atteſtatur in ſimili. q. obtinuiſſe contrarium: & loquitur circa tempora Paul. Caſtr. vnde poſtea iſtę captiones formularum receſſerunt ab aula: certè ego nuſquam vidi in formandis, & expediendis proceſſibus Procuratores minus cauillatores, & plus veridicos, & reales (quod bona venia aliorum ſit dictum) quàm Florentinos. Igitur omiſſis aucupationibus ſyllabarũ, iuxta l. vnicam. C. de form. & imper. acti. ſubl. & procedendo ad ſubſtantialia, & realia.

Fratres, & filij, &c.

QVINQVAGESIMO QVINTO, quæritur, qualiter, & quomodo ſit probanda filiatio, fraternitas, parentela, conſanguinitas, &c. maximè in antiquis. Reſpond. Dec tradit conſ. 524. & conſ. 595. Roy. cõſ. 141 lib. 5. Grat. conſ. 136. lib. 2. Alex. conſ. 16. Alexandrin. conſ. 195. lib. 7.

Sed in terminis de fideicom. tradit Alex. conſ. 25. lib. 4. & cõſ. 24. col. j. lib. j. Barbat. conſ. 14. lib. 3. Mant. conſ. 94. nu. j. Crauet. conſ. 249. Calcan. conſ. 8. Soc. Iun. conſ. 138. lib. 2. Dec. conſ. 321. ad quod ſe remittit conſ. 351. nu. 4. & meminit Alexandrin. in l. gallus. §. quidam rectè. fol. 11. col. 2. Alciat. conſ. 529. Alb. conſ. 83. Cephal. conſ. 137. nu. 45. in fin. Natt. conſ. 378. & conſ. 235. Paris. conſ. 51. lib. 2.

Et quoniam in antiquis fieri contingit probat. ex inſtrumentis, in quibus aliqui nominantur, ſolet oriri difficultas, an præſumatur pluralitas eiuſdem nominis, & perſonarum. In quo puncto tradit Dec. conſ. 13. nu. 8. verſ. præterea dato. & conſ. 36. nu. 4. & conſ. 101. Iaſ. cõſ. 114. lib. j. Crauet. d. conſ. 249. & conſ. 269. nu. 3. & conſ. 169. Alb. d. conſ. 83. & cõſ. 6. in fin. Brun. in Tract. de rebus dub. fol. 12. col. 3. Alex. conſ. 125. lib. 7. Natt. conſ. 235. præalleg. Apoſtil. Bar. l. diuus. ff. de cuſtod. reo. Pau. Caſt. conſ. 138. in nouis. Cæpol. conſ. 12. vol. crim. Soc. conſ. 89. nu. 7. Corn. conſ. 72. lib. 4. Bal conſ. 65. lib. 5. in antiq. Hercul. in Tract. de negatiua. nu. 286.

nu.286.Rimin.conſ.529.nu.51.Rupellan.in Enchirid.iur.ſcrip.cap. filia minor.xxv.annornm.fol.187. Aemilian.conſ.57. Mant. in Enchirid.lib. 10.cap.240.in fin. Alciat.conſ.529.& in.l.nominatim.ff.de lib. & poſth. Aret.conſ.37.col.j.verſ.maximè propter identitatem nominis,& domus & conſ.103.col.3. & pulchrè in cap. Series.col.4.verſ. quia in vna familia non præſumitur pluralitas nominum eorundem.& col.5.verſ.in vna enim domo, vt dixi, non præſumitur pluralitas eiuſdem nominis ita de facili, & à communiter accidentibus, &c. de teſtibus.

Quod actualiter exhibent, & producunt in authenticam, &c.

QVINQVAGESIMO SEXTO, quæritur ſi non apparet publicum inſtrumentum abſq; oppoſitione quomodo poſſet fieri probatio fideicom. Reſpond. vt per Cæpol.conſ.38. in primo dub. vbi latè defendit quandam ſcripturam aſſerti fideicommiſſ. & per Aemilian.conſ.56. Curt.Iun.conſ.166.Aret.conſ.36.col.fin.Crauet.conſ.72.vbi plura contra inſtrumentum teſtamenti tanquam non authenticum,&c.Et in Deciſ. Rot.nouiſſ.Auguſt.735.lib.3.Ioan.Paulus,vbi habetur fideicom.poſt teſtamentum relictum poſſe per teſtes probari, licet nõ ſint omni exceptione maiores, neq; eſſe probentur:& licet ſimiliter deponant,neque de cauſis iuſtis fideicom.relinquendo deponant, & ad propoſitum eſt tex.l. & in epiſtola.C.de fiedicomm.

Et hæreditati paternæ, &c. ſe immiſcuit.

QVINQVAGESIMOSEPTIMO, quæritur, quid opus fuerit verbis ſupraſcriptis. Reſpond. Pract. Papien. in forma ſui libelli poſuit expreſsè, quòd primus hæres grauatus deceſſit adita per ipſum hæreditate. Et in gloſ.verſ.deceſſit. declarat, vt ibi per eum facientem vnam.q. quid ſi deceſſit antequam adiret hæreditatem.Et prędicta habent locum ſecundũ ius commune: ſed ſtatuta quandoq; aliter prouident,vt Florentiæ ſub rubrica de executione legator.lib.2.de quo feci mentionem ſuperius.q.53. vbi non obſtante, quòd hæreditas, vel ſucceſſio non fuerit adita, vel apprehenſa, ipſa fideicommiſſa ſingularia, & vniuerſalia habent executionem quemadmodum inſtrumenta Guarantigiæ, &c. de quo ſtatuto tradit Soc.conſ.290.circa fin.lib.2. Quando autem fideicommiſſarius ageret contra præcedentem fideicommiſſarium, vel eius hæredẽ tradit Alex. 9.24.n.11.verſ.præterea.lib.3.vbi requirit, quòd probetur illum agnouiſſe fideicommiſſum.

In diuiſionibus factis inter ipſos fratres de bonis hæreditarijs paternis &c.

QVINQVAGESIMOOCTAVO, quæritur, an ex diuiſione facta inter ipſos fratres probari poſſit, quòd bona diuiſa fuerint de bonis, & hæreditare teſtatoris, qui fecit fideicommiſſum præſuppoſito quòd nullum inuentarium confectum eſſet per teſtatorem, vel hæredes, iuxta dicta ſuperius. q. 52. & 53. Reſpond. Quando in diuiſionibus eſſet expreſſum, quòd diuiſerunt tanquàm bona hæreditaria paterna, clarum erit quòd inter ipſos diuidentes, dictæ diuiſiones probarent. Natt. conſ. 235. nu. 12. verſ. Accedit Roy. conſ. 72. col. 3. verſ. inſuper iuncto numer. 12. verſ. Nec obſtat. lib. 5. Alex. conſ. 152. nu. j. lib. 7. Rip. Reſponſ. lib. j. cap. j. nu. 37. verſ. Item quòd dicti; Faciunt tradita per Areti. cóſ. 37. vbi quòd ſit probatio etiam contra ſingularem ſucceſſorem & tertium poſſeſſorem, refert & ſequitur Roy. conſ. 40. nu. 3. lib. 4. vbi loquitur in ſpecie de diuiſionibus, conferunt tradita per Paul. Caſtr. conſ. 10. in fi. in antiq.

Quando autem non eſſet expreſſum quòd diuiſerint tanquã bona hæreditaria paterna, ſed ſimpliciter tanquam bona communia, Tunc eſt difficultas an illa bona præſumãtur fuiſſe de bonis hæreditarijs paternis, vel potius bona propria ipſorum fratrum diuidentium: Et pro fideicommiſſario facit tex. in .l. eius C. de patr. poteſt. Quem Bald. ſic ſummat: quod habet filius præſumitur ad patrem pertinere, niſi probetur de rebus ad patrem non pertinentibus. glo. not. in. l. cum oportet verſi. ex eius, in fin. & ibi Barto. C. de bon. quæ lib. Et faciunt not. per Fulgoſ. conſ. 145. col. 2. verſ. Porrò ſi aliunde quæſiſſent ipſi vel eorum parẽtes quàm ex ſucceſſione dicti Domini Dyni, facilè originem. 5. acquiſitionem prædiorum probaſſent &c. Et nouiſſimè Crauet. in Rubrica. ff. de leg. j. nu. 43. vbi circa tex. cap. Raynaldus, de teſt. Inquit præſumi quòd filius teſtator non habebat alia bona, quàm paterna, & qui vult dicere alia bona habuiſſe, tenetur probare: & hoc maximè procederet in antiquis, & quando hæredes non confeciſſent inuentarium: & ſecundum iſtas & aliàs conſiderationes conſuluit Zaſi. eleganter ad propoſitum conſ. 5. lib. j. vbi probat bona reperta apud fratres præſumi à parentibus eiſdem fratribus obueniſſe, alleg. dictum tex. l. 2. C. de patr. pot. & ibi Bald. & alia, de quibus per eum: ſuper quo tamen eſt videndus Alex. conſ. 171. nu. 5. lib. 6. Barba. conſ. 3. col. 7. verſ. quia primo præſumptio eſt quòd dictus Contes acquiſiuerit, lib. 4. vbi conſuluit Florentiæ ſuper fideicommiſſo de Tarlatis. Silua. pulchrè cóſ. 86. nu. 8. & ſeq. quàmuis Natt. conſ. 238. dicat illud eſſe conſiliũ ſuũ.

Et dicit Paul. Caſtr. in. l. fin. §. licentia. C. de iure delib. quòd fideicommiſſarius,

miſſarius poteſt petere ab hærede editionem . Inſtrumentorum & librorum teſtatoris ad probandum.

Et quoniam incidit mentio de diuiſionibus inter fratres de bonis ſubiectis fideicommiſſo, poſſet quæri an ſi vni ex fratribus in diuiſione obuenerunt bona ſubiecta fideicommiſſo, & alteri bona alia libera poſſit ille cui obuenerūt bona ſubiecta fideicommiſſo reſcindere diuiſionem ſic factā, & de hoc conqueri. Nam aliàs fuit ſuper hoc lis inter DD. Vincentium & Bernardinū fratres de Poiana ipſe enim D. Vincentius ita cōquerebatur.; Deciſio in terminis huius puncti ponitur à Roy.cōſ.7.nu.18.verſ.Quòad aliud, lib.3.vbi conſuluit Florentiæ ſuper fideicommiſſo de Gerardis.

QVINQVAGESIMONONO quæritur an ex diuiſione ſecuta inter fratres & cohæredes cenſeatur remiſſum reciprocum fideicommiſſum conditionale. Reſpond. Articulus eſt tritus & quotidianus in conſilijs de quo eſt tex.cū ſua materia,in.l.qui Romę.§.duo fratres.ff. de verb. oblig. Difficultas eſt quādo ad ſunt in Inſtrumento diuiſionis clauſulæ valde, generales & prægnantes. Nam etiam iſto caſu Deci.conſ.495.num.16.verſ. Venio ad ſecundum dubium, conſuluit Mantuæ pro parte negatiua non cenſeri renūtiatum, & nu.18.verſ. Præterea: reſpondendo ad dictū Ioan. Andr. Inquit illud dictum eſſe in quæſtione, in qua communis opi. eſt in contrarium.ſecundum eum ibi,cuius conſilio ſubſcripſit Gozad.conſ.45. Sed in contrarium, pro parte affirmatiua conſuluerat in illo caſu D. Antonius Franciſcus de Doctoribus inſignis doctor Patauinus.vt refert Deci. ibi in princ. & pro eadem parte Cur. Iun. conſ.49. nu.11. verſ. Aggredior: Et hanc puto ſequendam, quam etiam Deci. ipſe alibi ſæpe ſecutus eſt. Nam vt inquit Paris conſ.71.nu.4.lib.3.(vbi eſt accuratiſſimum,optimumq; conſilium in materia) quāmuis Deci.d.cōſ.495.dicat cōtra Ioan. And.in caſu præmiſſo eſſe communem opin.Tamen re vera Deci. ipſe decipitur, nec aliquis citatur per eum qui reprobet Ioan. And. in caſu ſuo, quando ſubiecta ſunt verba prægnantia; Crauet. pulchrè cōſ.24. nu.8.& ſeq.vbi tamen non meminit conſil. Decij præallegat. Port.conſ.135.nu. 18. verſ.In propoſito Grat.conſ.60.lib.j.vbi loquitur etiam quòad pretium; Et ſecundum iſtam opin. recordor vidiſſe aliàs iudicari per Magn. & Eccellentiſſ. D. Nicolaum Vercium digniſſimum Vicarium, Magnifici & clariſſimi D.Poteſtatis Vicentiæ,pro Excellentiſſimo Doctore D. Alexandro Muzano: & ita ego poſteà iudicaui nouiſſimè in Rota Florentina.

Et pro eadem parte affirmatiua extat Deciſ.Rot.Rom.nouiſſ. Mohed. 156. Bonorum diuiſio; vbi Bonorum diuiſio etat facta inter DD. Antonium & Valerium de Valle ex vna, & D. Fauſtinam de Valle ex altera, & tempore diuiſionis fuit ſtipulatus contractus prædictæ diuiſionis, & poſita fuerunt in eo hæc verba. Dicti fratres: & quilibet ipſorum pro ſe, ſuiſq;

hęredibus & ſucceſſoribus promiſerunt ſtare perpetuo ſupraſcriptis diuiſ. & fecerunt refutationem generalem & refutarunt omnia iura & actiones cuilibet eorum competentes in parte alterius, & obſeruare, nec aliquid petere ratione cuiuſcunq; iuris, quod dici, vel excogitari poſſit: & dederunt facultatem ad inuicem, ad habendum, tenendum, & alienandum. Fuit dubium in Rota an per hæc verba renunciarint fideicommiſſo, quod erat in illis bonis; Fuit reſolutum per maiorem partem. DD. quòd diuiſio facta comprehendatur ſub dicto Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titulo de teſtam. §. in primis, verſ. Item quid ſi duobus, in addit. Incip. Filium naturalem: vbi dicit, quòd ſi fratres ſcientes fideicom. promiſerunt ſtare diuiſioni, nec de rebus diuiſis in perpetuum alter ab altero; quid petere aliqua ratione, iure, vel cauſa, quæ dici vel excogitari poſſit de iure vel de facto; quòd cenſetur renunciatum fideicom. & ita tenuerunt. DD. vt dictum eſt: hanc concluſionē tenet Bal. l. qui tutoribus. ff. de tranſ. Alexan. l. qui Romæ. §. duo fratres col. 11. ff. de verb. oblig. Dęci. conſ. 11. col. 5. & Soncin. conſ. 43. col. 3. vol. 4. licet Deci. conſ. 495. dicat quòd opinio. Io an. Andr. non eſt communis, tamen neminem allega: reprobantē opin. Io an. Andr. hæc ibi, & hanc Deciſ. in ſumma retulit Auguſtin. in ſuo Repertor. in titulo, de legatis, & fideicom. nu. j. videlicet, Per clauſulas, ad habendum, alienandum &c. in diuiſione inter hæredes facta videtur eſſe renunciatum fideicommiſſo. Facit Deciſ. Rot. Florent. vt habetur in Mot. lib. 7. nu. 79. & lib. 12. in ſecunda par. nu. 188. Sed quando adeſſet clauſula, Saluis ſcilicet Iuribus fideicommiſſi, an dicta clauſula operetur conſuluit Cephal. conſ. 296. Grat. 29. & conſ. 126. in ſecundo dubio lib. 2. Crot. d. §. duo fratres, nu. 45. verſ. ſecundò fallit: Facit ad prædicta alia Deciſ. Rot. nouiſ. Put. rubrica de teſtamen. & fideicom. nu. 15. aliàs 745. quòd qui promittit releuare indemnem fideiuſſorem datum, pro euictione in venditione rei prohibitæ alienari, ſibi præiudicat: refert Auguſtinus loco prælleg. nu. 11.

Et prædicta loquuntur in fideicom. conditionali, ſed quando iam eſſet purificatum, & facta fuiſſet diuiſio inter patruos, & nepotes æqualiter, an patrui ſibi præiudicauerint, & cenſeatur remiſiſſe conſuluit Dec. conſ. 79. in ſecundo dub. quod cōſilium factum fuit ſuper fideicom. D. Simeonis de Portis Senioris, de quo dictum fuit ſuperius. q. 16. cuius conſilij meminit, & Decij mentem declarauit Rip. d. §. duo fratres. nu. 40. verſ. reperio quòd Decius: ſed ad idem eſt aliud conſ. Dec. conſ. 267. Et quod diuiſio facta inter grauatos de rebus fideicom. debeat ſeruari à ſubſtitutis fuit aliàs deciſum in Rot. Florēt. vt habetur in Mot. lib. 12. par. 2. nu. 221.

SExagesimo, quæritur, an ſit neceſſarium probare de dominio, vel quaſi teſtatoris. Reſpond. Si agatur contra hæredes, non videtur neceſſarium

ceſſarium, quia ipſi habent cauſam à teſtatore. Natt.cõſ.400. vbi pulchrè diſtinguit, quando agitur contra extraneum, & quando agitur cõtra tertium poſſeſſorem, cum titulo. Crauet.conſ.61.nu.5.& conſ.316. col.fin. poſt Alex.& alios alleg. videtur admittere, quod ſit neceſſarium. Et idem videtur voluiſſe Angel.conſ.229.

Nihilominus eſt conſiderandum, quòd ſi tertius poſſeſſor acquiſiuit ab hærede grauato, tanquam ab hærede, non poterit negare dominium. Pau.Caſt.conſ.10.in fin.in antiq. Si autem non habet cauſam immediate ab hærede, tunc fatendum videtur, quòd ſi fideicommiſſarius ageret remedio, & actione rei vendicationis, neceſſaria eſſent huiuſmodi probatio dominij teſtatoris. At ſi ageret fideicommiſſar. hęreditatis petitione, tunc ſufficeret poſſeſſio teſtatoris, tempore mortis, nec iuuaretur poſſeſſor ex allegatione tituli habiti poſt mortem teſtatoris. Et ſi ageret publiciana ex perſona ipſius ſufficeret poſſeſſio teſtatoris, & titulus ex cauſa fideicom. quamuis fideicommiſſarias poſſeſſionem non fuerit adeptus: ita Roy. declarat egregiè conſ.54.lib.4.

Eſt tamen aduertendum, quòd circa publicianam ex perſona ipſius, contrarium expreſsè tenuit Alex. conſ.98. & conſ.4.lib.2. de quo Roy. nullam mentionem facit, & videatur etiam Corn.conſ.201.lib.j.cõſ.304 in fin.lib.3.Natt.conſ.235.nu.10. Quando verò ageret publiciana ex perſona teſtatoris, non eſt contradictio inter ipſos.

Reperio tandem Guid.Pap.Deciſ.442.ponentem.q. in terminis, Teſtator quidam in ſuo teſtamento ordinauit omnia bona ſua ad me pertinere. Vtrum ego tenear, & debebam probare, quæ ſunt, & fuerunt bona ſua, ſcilicet, quæ fuerunt in dominio ſuo. Reſpond. Credere, quòd non: & ſufficit probare, quæ bona poſſidebat tempore mortis ſuæ: quia eorũ, quæ tempore illo, ſcilicet, mortis poſſidebat, præſumitur dominus, vt ibi per eum. Et hanc opin. videtur admiſiſſe Crauet.d.conſ.316.col.fin.verſ. ideò ſaltẽ teneretur Sebaſtianus Subſtitutus probare de plena poſſeſſione defuncti de tempore eius mortis, quòd teneret, & poſſideret talia bona.

De probatione autem, quòd bona remanſerint in bonis, & hæreditate teſtatoris per famam in antiquis tradit Alex.conſ.116.nu.5.verſ. nunc videndum eſt.lib.5. Bal.conſ.70 res prohibitæ.& conſ.75 D.Thomas.col. 2.lib.3.in antiq. Barbat.conſ.8.lib.j. & conſ.14. col.2. & conſ.37. lib.3. vbi pulchrè tradit de hac probatione, quòd bona fuerint teſtatoris Mant. conſ.221.nu.2. Natt. conſ.378. vbi inſtruit de capitulandis. Et illo caſu idem tradit conſ.235.cum ſeq.conſ. Paris.conſ.52.nu.50.lib.3. Cephal. conſ.137.nu.14. quamuis illo caſu circa punctum fideicom.cõtra Alciat. conſ.529. Et de materia per Aretin.conſ.103. & conſ.36.37. & illo caſu Alex.conſ.101.nu.15.lib.7.& Corn.conſ.304.lib.3. vbi contra.

Et ita

Et ita euenit caſus præallegati fideicommiſſi.

SExagesimoprimo, quæritur, an fideicommiſſarius conditionalis agere poſſit vt condemnetur reus ad ſibi reſtituendum, vel relaxandũ eueniente caſu. Reſpond. Rodor. Xuar. in Alleg. 4. tenet poſſe agere. Sed contrarium habetur in pręcedenti Alleg. 3. ſecundum quam apparet fuiſſe iudicatum: & hanc ſequitur Pinel. l. j. in. 3. par. fol. 507. verſ. & proximè dictis. nu. 78. C. de bon. mater. vbi refert pręceptorem ſuum eandem probaſſe: ſubdens idem iudicatum vidiſſe ab inſigni Viro, ab alijſq; doctis Senatoribus, vt ſic plurium, grauiumq; Iudicum conſenſus pręualere debeat ſingulari opinioni. Et idem Pinel. ſuperius fol. 383. inquit non videri de iure admittendam talem petitionem. Contra. l. nō quemadmodum. ff. de iud. & l. j. §. ſi impubere. ver. Sed hoc ita demum ſi iam nata eſt quartæ petitio. & verſ. præmatura eſt enim hæc ſpecies collationis, cum adhuc viuat is, &c. ff. de collat. bon. Et quòd hæc practica de iure non procedat, inquit Imol. l. cum quinta. §. qui ita. ff. de verb. oblig. Pau. Caſt. & Aret. l. continuus. §. cum ita. eod. tit. Tiraq. de retract. §. j. gloſ. 2. nu. 21. verſ. & adeò. Et in Tract. de primigen. q. vlt. nu. 4. Cagnol. l. lecta. nu. 164. ff. ſi cer. pet. & in. l. in omnibus obligat. nu. 18. ff. de regul. iur. Et in terminis de fideicom. conſuluit Calcan. conſ. 21. & Aemilian. conſ. 155. circa fin. Boër. deciſ. 354. nu. 13. Et iſta opin. videtur eſſe hodie canonizata in Rot. Florē. in qua dum eſſem Auditor ita ſæpè vnà cum alijs DD. Coauditoribus, & etiam ſolus nouiſſimè in cauſa Mag. & excellentiſſ. Doct. & Aduoc. Florentini D. Franciſci Lenzonij pro veritate, & iuſtitia iudicaui.

An autem fideicommiſſarius conditionalis poſſit petere inhiberi hæredi ne alienet. Beltrand. conſ. 108. lib. j. in antiq. dicit, & reſpondet. quòd non: quia pendente conditione ſubſtitutionis, non debet hæres impediri quominus vtatur bonis hæreditarijs, & illa tanquam Dominus teneat, & pacificè poſſideat, vel de eis faciat vt Dominus, ſaltem poſt præſtitam ſatiſdationem, quia ante euentum conditionis ſubſtitutus in bonis huiuſmodi nullum iuş habet. Sed per euentum conditionis diſpoſitio cōditionalis effectum aſſumit. l. cædere diem. ff. de verb. ſign. cum ſimilib. Et alienatio facta interim, hoc eſt, pendente conditione de iure valet, quamuis conditione poſteà adueniente reſoluatur, & habeatur perinde ac ſi facta non fuiſſet. l. fin. §. ſed quia: & ibi Doct. C. com. de leg. Et ideò ipſe non opinatur, nec conſuluit. quòd fiat preconizatio, ſeu proclama, per quod inhibeatur, ne quis emat, &c. Poſſet tamen fieri, ſecundum eum, proclama generale, per quod ſignificaretur, & exprimeretur ſubſtitutio. Et ſi qui recognoſcerentur volentes accedere ad emptionem bonorũ huiuſmodi

aut partis eorundem, eſſet bonum quòd ſub præſentia notarij,& teſtium oſtenderetur teſtamentum in forma publica, vt ſic non poſſent in poſterum dicere ſe habere ignorantiam dictæ ſubſtitutionis ad effectum, vt ibi per eum, in fine; faciunt dicta inferius.q.66. in fin.

Quare prænominati comparentes petunt condemnari, &c.

SExagesimosecvndo, quæritur ſuper quo ſit fundata concluſio noſtri libelli. Reſpond. Super Tex.c.Raynutius, verſ.Coram quo Alterocha & filius eius bona.q. Raynutij, tanquàm ex cauſa fideicommiſſi, vel ſubſtitutioni ſibi debita petierunt de teſtam. Et illum tex. ad hoc not. ibi Imo. nu.7.verſ. Nota practicam dicens, nota practicam libelli in vtili petitione hæreditatis, quando petitur reſtitutio hæreditatis ab hærede, qui adiuit hæreditatem,& petitur ex fideicommiſſaria ſubſtitutione,quia debet peti, vt reſtituantur bona.q. talis, ſibi debita ex cauſa fideicom. ſeu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ: & hoc quando agitur poſt aditam hæreditatem, facit.l.j.&.2.ff. de fideicomm.hæred. petit. Si autem agatur ante aditam hæreditatem, tunc agetur off. iudicis, vt compellatur hæres adire hereditatem, & reſtituere.l.j.ff.ad Trebel.l.non iuſtam.C.eo. Et vt ibi latius per Imol.&Didac.§.10.nu.4.& ſeq. Ad idē Fabian.in auth.Nouiſſima fol.5.col.3.C.de inoff.teſt.& videnda ſunt ſcripta ſuperius poſt formā libelli, vbi de hac materia.

Vna cum fructibus &c.

SExagesimotertio, quæritur à quo tempore fideicommiſſarius conſequatur in effectu fructus: Reſpond. Ex tex.c. Raynutius, ver. litis conteſtati, & ibi glo.de teſta. Videtur quòd inſpiciatur tēpus litis conteſtatæ: Sed Soci. cōſ.42.nu.5.lib.3.vbi conſuluit Vicentiæ ſuper fideic. nobilium de Pagellis concludit quòd ſi fideicommiſſarius fuit negligens in faciendo ſibi fideicom. aſſignari, & ſic hęres non fuit in mora, fructus percepti medio tempore ſpectant ad hæredem, caſus eſt in l.in fideicommiſſaria & ibi Bart. & omnes.ff.ad Treb. Requiritur autem ad hoc,quòd hæres ſit in mora, quòd fideicommiſſarius petat, quòd hæres reſtituat ſaltem verbo fideicom. vniuerſale: vt ibi per eum: & illo caſu Iaſ.con.231. lib 2.vbi conſuluit per parte contraria: Cauendum eſt tamen dum Soc. loquitur de reſtitutione ſaltem verbali quia Vicentiæ ex diſpoſitione ſtatuti ſub rubr.de mittendis in poſſeſſionem, &c. non requiritur aliqua reſtitutio. Et ambo tangunt alium articulum de penſionibus & affictibus: vt per eos: Vltra quos poſſet videri. Practic.Pap.forma libelli, quo agitur ex

ſubſtitur

ſubſtitutione verſ. Ac per fideicom.nu.7.Cap. conſ.32.in fi. vbi limitat; ſequitur Rip.d.l.in fideicommiſſaria nu.14.verſ.Nono declara.de qua tamen limitatione erit videndus Corn. l.fi. C. de vſur.legat. & de materia idem Cap.conſ. 10. in fi.Paul.Caſtr.conſ.17.in antiq. vbi,quòd à die litis motæ. & conſ.213.in nou.de pẽſionibus, & Alexan.conſ.82.lib.2.Corn. conſ.158.nu.7.lib.3. Soci.Iun.conſ.129.nu.44.lib.j. vbi de lit. conteſt. & conſ.182.nu.23.lib.2.vbi quando recta via tranſeunt, ſenſit cum Cap. & conſuluit Florentiæ ſuper fideicom.de Bardis. Cephal.conſ.49.50. vbi pulchrè: Grat.conſ.132.lib. 2. Oldra.conſ.56.Roffred.in libellis, par.j. rub.de fideicommiſſaria hæreditatis petitione, nu.5. Boych. d.c. Raynutius. Guid. Pap.deciſ.497. Vbi.q.an euentus conditionis fideicommiſſi vniuerſalis conſtituat hæredẽ hæredis rogati in mora: & concludit quòd non: & quòd dictus hæres non poteſt argui de mora,& habetur in Motiuis Rot. Florentinæ lib. 12. nu. 144. Alcia.conſ.526.Cop.in tract. de fructibus tit.3.c.j.& ſeq.Rip.pulchrè in dicta.l.in fideicommiſſaria, num.4. verſ.prima concluſio; Vbi congeſſit 18. limitationes, inter quas notanda eſt.5.nu.10.pro pupillis & furioſis qui æquiparantur abſentibus: & quorum fauore mora committitur re ipſa. vt ibi per eum: Beltrand. conſ.75. lib.2.conſ.21.lib.j.in antiq.Pariſ. conſ.11.lib.3.Practic.Cancell. in meo libellulo pag.266.verſ.Differentia quòad reſtitutionem fructuum: Mant. conſ.103. Et de penſionibus, Areti.in tract. de teſtamentis gloſ. verſ. Et per fideicommiſſum, Alciat.conſ.631.

Sed quomodo probari poſſit tot fructus fuiſſe perceptos, vel tot percipi potuiſſe, tradit Bart. l.2. C.C.de ping. Actio.Bald.conſ.190.lib.j. in antiq.& conſ.53.242.lib.3.conſ.105.lib.5.Iaſ.l. admonendi nu. 311.ff. de iureiur. Areti.l.cõtinuus.§. cum ita.ff. de verb.oblig.Corn.cõſ.301. lib.3.Nat.conſ.536. Angel.l.ſi nauis,in fin.ff.de rei vendic.Bald. l. ſi fundum.C.de rei vend.

Detractis tamen ſi quæ veniant &c.

SEXAGESIMOQVARTO, quæritur quid operetur ſupraſcripta clauſula. Reſpond.multum, ſecundum Guid. Pap.deciſ.496.quia non videtur eſſe reus in mora, quando fuit petium ſine dicta clauſula; ſic, vt ea omiſſa reus excuſetur à mora,ne teneatur ad fructus propter detractionẽ impẽſæ funeris,legatorum, & debitorũ ſolutorum,melioramentorũ, &c. Sed Alcia.in l.j.§.ſi ſtipulanti,in fin.ff.de verb. oblig. aliter tenet, vt ibi per eum. Quem ſequitur Didac. vari. Reſolut. lib.j. cap.2. fol. 33. verſ. Quamobrem ego opinor, vbi tamen intelligit & declarat: ad idem Alcia. l.cum proponas filos in fin.C. de pact. Et mihi videtur de hoc eſſe text. inter-

in terminis c.Raynutius,vbi fuerat petitum ſine clauſula prædicta,& in ſen tentia conceduntur detractiones, & nihilominus fuit facta condemnatio in fructibus à die litis conteſtatæ: faciunt ad propoſitū tradita à Port. conſ.135.num.4.8.32.& ſeq.vbi loquitur de pœna plus petentis in hac materia fideicommiſſi.

SExagesimoqvinto, quæritur de exemplis detractionū quæ veniant de iure faciendæ, Reſpond. plura ſunt, & inter alia quædam ponit Roma.conſ.276. & Natt.conſ.255.Guid.Pap.deciſ.496.

Et de melioramentis in ſpecie tradit Soci. conſ. 82. in fin. lib.4. Alex. conſ.106.lib.2.conſ.123.in fin.lib.j. Guid.Pap.d.q.496. Pariſ.conſ.55. lib.3.Bellon.conſ.64.& ſeq. Vall.conſ.28.30.lib.j.Boëri. deciſ.44. Anch. q.46. Roy.conſ.117. 84.lib.3.conſ.38.nu.25.lib.1.conſ.165. nu.6. lib. 4.Crot.l.frater nu.77.ff.de cond.indeb. Cremenſ. ſingul. 105.Socin.Iun. conſ.182.nu.26.lib.2.vbi conſuluit Florentiæ ſuper fideicom. de Bardis. Corn.conſ.158.lib.3.Anan.conſ.99.col.2. Campeg. inter conſil. Grat. conſ.9.nu.14.lib.2.Grat.conſ.132.lib.2.vbi loquitur, quando ſunt facta poſt purificatū fideicom.pro quo Soci.Iun.d.conſ.182. in fi. Cuman.cōſ. 56. Fulgo.conſ.8. Cap.conſ.55.nu.5.conſ.163.nu.13. vbi videtur inaduertenter dicere, quòd fructus compenſentur: Roma.d.conſ.276. col.2. Port.conſ.38.nu.9.Cephal.conſ.188.circa fin.

Sed circa prædicta puto aduertendum ad illam intelligentiam Roy.in d. conſ.117.& alibi; quam ſequitur Vall. quòd attēdi debeat tempus reſtitutionis faciendæ, quantum valeant melioramenta, non autem quantum fuit impenſum & hoc intelligunt ad lucrum & commodum impendentis contra fideicommiſſarium, vt impendens poſſit petere non ſolum quantum impendit, ſed etiam quantum res reperitur aucta pretio propter meliorationem, iuxta tradita per Doctor.l.domos.ff.de leg.j. Nam ego ſemper dubitaui de hac concluſione ita generali extra exempla, in quibus loquuntur Doctor.in d.l.domos, & memoria teneo, quòd iam multis annis præteritis in cauſa fideicommiſſaria Illuſtris. Com.Iulij Seſſij, de qua feci mentionem ſuperius q. 19. conſului contrarium; Regula enim eſt in hac materia, in .l.in fundo .ff.de rei vendi.quòd attenditur ſolum impenſa,quamuis reperiatur res plus valere propter melioramenta, & è contrario tamen non attenditur impenſa, ſi res non ſit aucta valore propter dicta melioramenta Siluan.conſ.49.nu.75.Cagn.l.2.nu.175.C.de pact.int. emp. Capyc.deciſ.93.nu.9.nec.doctor.in d.l.domos, dicunt contrarium prout latius declaraui in meo conſilio,& pro mea declaratione facit Campeg.d.conſ.9.nu.15.verſ.Eſt bene verum, & expreſsè Beltrand.conſ. 21. nu. 15.lib.j.in antiq. vbi facit mentionem de notat.per Doctor. in dicta.l. domos & conſ.161.nu.37.lib.3.(& in nou.conſ.323.379.lib.1.) Corn.

conſ.180.nu.8.lib. 4.Cagnol.d.l.2.nu.175. vbi expreſsè facit mentionē de not.per doct.in.d.l.domos; ad incōmodum impendentis; Natt.cōſ. 256. nu.4.verſ. Non inficior tamen: Boeri.d.deciſ.44.nu.12. Quinimò idem Roy.idem. ſenſit conſ.135.nu.13. verſ. hanc tamen lib. 3. Aemil. conſ.vlt. nu.8.verſ.Nihilominus: Qui loquuntur in hoc aduerſatiuè contra impendentem: nec aliter videtur ſenſiſſe Neguſant. de pignorib. vbi hanc materiam digeſſit: & poſt eū Tiraq.de Retra.conuention.§.7.gloſ. j.nu.8.& nouiſſimè Menoch.in Tract.de Recup.poſſ.in qunitodecimo remedio nu.507.557.566. vbi doctè & eleganter hanc materiam penitus explicauit, & ſecundum prædictam declarationem, ego iudicaui vnà cum alijs DD. coauditoribus Rot.Florent.nemine diſſentiente in cauſa Magn. D. Iulij de Ricaſulis, & eius neptis, vt apparet ex ſententia & motiuis &c.

SExagesimosexto, quæritur an in executione detur retentio propter melioramente allegata, vel ſit facienda relaxatio ſaluo iure pro dictis melioramentia. Reſpond. Galleſi. (quem bene doctum & expertiſtiſſimum appellauit. Zanch.in.§.cum ita,circa fin. & quem modeſtiſſimū ac verè vrbanum Romæ cognoui) ad formulam Cameralis obligat.libro in quarta.2.q.2.nu.13.verſ.in tantum; poſt relatam Deciſ.Rotæ ſubdit; aduertendum eſſe ne erres, quòd in d.cauſa probatum erat in eſſe melioramenta & reſtabat ſolummodo illorum valorem probare, ſeu liquidare, nam ſi neq; eſſe melioramenta conſtaret, ſola verbalis illorum allegatio non eſſet ſufficiens ad retardandam executionē, & quàmuis nihil ad hoc allegauerit, facit tamen Cuman. conſ. 103. circa fin. & refert Cagnol.l. quatenus,in fin. verſ.probatis melioramentis,licet non fuiſſet probata certa quantitas.ff.de regu.iur. & licet Galleſ. nō dicat in qua cauſa ſecuta fuerit illa deciſio Rotæ, credo fuiſſe illam Parmenſ.de qua in deciſ. Putei de ſenten. & re iudic. 11. Melioramentorum vbi habetur hæc declaratio. Galleſij. & in deciſ. Fabij.3.vbi. Tamen videtur aliter referri.

Et vlterius quòad dictum Neguſ.per verbum (fortè) allegatū à Galleſ. Ego aliàs vidi conſ.D. Antonij Malegonellæ famoſiſſimi Doctor.& aduocati Flor.in quo tenebat cum Neguſantio dari execut.quando nō aderat in ſententia verbum (prius) & nouiſſimè tenet Bero.c.j.nu.33.de reſtitut. in integr.quando melioramenta adhuc liquidata non eſſent: & idem Alciat.l.quod te, verſ.aliqua iuſta cauſa.ff.ſi cert. pet. & Barb.expreſſè conſ. 36.col.12.ver. Et adduci poſſent lib.2. & nouiſſimè poſt exactam diſcuſſionē Beninten.deciſ.77.refert deciſum fuiſſe apud conſil. Ducale Ferrar. & Rebuff.in tract.de liter.obliga.articul.j.glo.9.nu.10.refert. Areſtum ſimile contra volentem vti retentione domus locatæ pro reparationibus, quòd eam domum vacuam relinqueret tutoribus, actionibus ſibi ſaluis: & data cautione à tutoribus, quia nōdum reparationes erant liquidæ: & conſ.

conſilio deciſiuo reſpondit Soci.Iun.conſ.62. lib.j.vbi nu.6. verſ.& licet, clare decidit quòd licet fortaſſe verum ſit aliquid eſſe erogatum vtiliter & neceſſario, tamen ex quo quantum illud ſit, non cōſtat, non debet retardari relaxatio maximè cum ei, qui infra terminum ſtatutum nō probauerit, ſit imputandum, præſertim cùm ſine ſui iuris præiudicio id fiat, alioquin ſequeretur quòd poſſet poſſeſsor nunquam rectè probando; in longum proferre relaxationem & ita partem aduerſam malitiosè fraudare, vt ibi per eum: pro opi.tamen affirmatiua retentionis, poſt Tiraq.tenet Menoch. loco præalleg.nu.569. verſ.Contrarium verius eſt, vbi dupliciter limitat: non tamen meminit Galleſ. deciſ. Rot. Bero. Alciat. & aliorum præalleg.cum quibus ego putarem reſidendum.

Deniq; præter alios de materia melioramentorũ poſſet videri Cagnol. l.2.nu.154.C.de reſcin.vendit.Cephal.cōſ.113.Crauet.conſ.87.Brun.de augumento fol.17.18.19. Amic. conſ.54.Rupellan.in Enchirid. cap. Ecclesiæ rector, in fin. Natt. conſ. 601. Bero. q.96. Ferron. in conſuetud. Burg.tit.de dote.§.j.col.vlt. verſ.tractaui etiam.

Et poſtremo notanda ſunt dicta Cagnol.l.j.nu.70. C. de ſent. quæ.pro eo: vbi in terminis de fideicom.infert prædicta ibi, notanda eſſe in actu practico contra iſtos pecunijs abundātes,qui parui faciunt quòd res emendæ ſint ſubiectæ fidecommiſso propter magna & ampla edificia in dictis rebus conſtructa: vix enim inueniuntur, qui velint, aut poſsint ailenata reuocare ſatisfacto pro melioramentis excedentibus, æſtimationem rerum antea acquiſitarum, ita quòd rebus emptis tutè potiuntur, ſi enim ſcienter fecerint illa perdunt, ſecus ſi ignorantes fideicom. vnde Cagnol. dat vtilem cautelam intimandi & faciunt dicta ſuperius.q. 61. in fin. videantur dicta inferius.q.71.in fin.

SEXAGESIMOSEPTIMO, quæritur an expēſæ factę in litigando veniāt detrahēdæ. Reſpond. Ego iam multis annis conſului in hac materia pro D. Arrigutio Calidonio, contra quem prius cōſuluerat Clariſ. D. Ferdinandus de Thienis,non tamen tunc reperi aliquem doctorem tangentem in terminis de fideicōmiſ.niſi Campeg.inter conſil. Grat.conſ.9. nu.17. verſ.eodem modo, lib.2. vbi infert quòd ſi ipſe hæres grauatus fecisſet multas expenſas in litigando pro manutenendis iuribus dictæ hæreditatis, vel partis ſuæ, tales expenſæ forent detrahendæ de fideicom. & non compenſantur cum fructibus, pro quo dicit facere elegans conſ. Bal. cōſ. 255. tertia par.incip.ad Euidentiam, aliter tamen non proſequitur, quia non erat in caſu: ex quibus verbis apparet quòd locutus eſt in tranſcurſu & non intrauit materiam; Bald. enim in dicto conſilio non facit ad punctum; Sed ego inducebam ad propoſitum not. per Bald. & alios in l. fin. §.in computatione,per illum tex. verſ.in alias cauſas neceſsarias hæredi-

tatis.C.de iure de lib.vbi Bal. nu.3.notat, & ponderat illum tex. quòd ſi hæres fecit expenſas pro ſe, non pro hæreditate, ſibi imputat: ſi ergo contenditur de hæreditate cum hærede, expenſæ, que fiunt in iſta lite, non minuunt legata: idem ſi contendatur cum legatario. Angel. autem dicit, Nota, quòd dicit (hæredit.) Non ergo deducit impenſam, quam fecit ſui fauore: exemplum, ſi vexabatur ab eo, qui ſe dicebat hæredem; vel ab eo, qui ſe creditorem hæreditarium contendebat, non enim dettahet ſumptus, quia non in cauſam hæreditatis ſunt factæ, ſed in ſuam: argumentum tamen eſt contra in Prelato, qui cauſam ſuæ electionis defen dit, nam ſumptibus Eccleſiæ eam defenſionem facere poteſt. Potes dicere (ait ipſe) quòd ſi in cauſa obtinuit, ſatis dicatur expenſa hæreditaria, ſicut & illa, quæ fit in inſinuatione teſtamenti, non enim fit niſi ad finem vt hæres hæreditatem detineat, qua non facta non obtineret, teſtamenti fide perempta. Pau. Caſt. videtur referre, quòd Bal. loquatur in hærede conuento, quod tamen Bal. non expreſſit, nec refert, quòd Bal. loquatur etiam de contendente cum legatario. Nec etiam videtur referre Angel. prout loquitur, & ſimpliciter ſubdit tenendum eſſe menti vtrumq; dictum: Alexan. & Iaſ. videntur tenere cum Angel. limitante, ſi obtinuit. Corn. tamen ſub dubio diſtinguens inter ſpecies expenſarum, videtur inclinare magis generaliter in opin. Bal. & cum Doct. prædicti loquantur in detractione facienda aduerſus legatarios, idem videtur dicendum in terminis aduerſus fideicommiſſarios. l. j. ff. de leg. j.

Sed vltra præallegatos poſſet videri optimū conſ. Bal. conſ. 271. Aloiſius. lib. j. in antiq. vbi ſubſcripſit conſ. Franc. de Rampon. vbi de hærede litigante contra prætendentem ſe creditorem, & ſuccumbente: Angel. conſ. 245. col. 3. Tertiò eſt videndum, vbi conſuluit de expenſis Prælati: & gloſ. fin. cap. cupientes. de elect. lib. 6. Zabar. conſ. 5. 6. Federi. conſ. 119. Soc. conſ. 13. col. fin. conſ. 15. nu. 28. conſ. 29. nu. 2. Gemin. conſ. 48. nu. 12. conſ. 55. Gozad. conſ. 94. nu. 38. vbi de vſufructuaria litigante pro Caſtro: Calder. de cenſibus conſ. 3. & de ſolut. conſ. 2. vbi videtur tranſcriptum ex conſ. Angel. præalleg. Oldrad. conſ. 27. conſ. 38. vbi quando obtinuit. Barbat. conſ. 46. lib. 4. Alexandrin. conſ. 131. Pauin. in tract. de offic. & pot. cap. ſed. vac. q. 8. par. 2. princ. nu. 22. vbi quando ſuccumbit. Porcellin. in tract. de inuentario. q. 7. cap. 4. nu. 7. verſ. & pro intelligenda practica, vbi ſimpliciter tranſit cum opin. Angeli. Bertach. in tract. de epiſcopo 3. par. 2. princ. nu. 27. verſ. 23. vbi refert Angel. & Pau Caſt. & tangit remiſſiuè, quando ſuccumbit. Ioan. Sanſon. in conſuet. Turonenſ. tit. de retractu, 5. artic. car. vltim. vbi in ſimili. q. refert Doct. præalleg. in d. §. in computatione: facit bona gloſ. in auth. Nunc ſi hæres. C. de litig. & ibi not. Salyc. vbi de ſuccumbente loquitur, ſed ſicco pede tranſit: faciunt ad

propoſitum

propoſitum tradita per Soc.Iun.conſ.vlt.nu.40.verſ.circa quartam.lib.j.

Sed vdendus nouiſſimè Aemilian. conſ.15. vbi tangitur principaliter iſte punctus an expenſæ factæ per hæredem cum beneficio inuentarij in litigando cum legatarijs, & creditoribus hæreditarijs, veniant detrahendæ, tanquam expenſæ neceſſariæ, de quibus in d.§.in computatione, & ſic an minuant hæreditatem: & refert Doct.in.d.§. aſſerens eſſe com.opin. contra Bal.ſecund.opin.Angel.Pau.Alex.& Iaſ. Et quamuis ipſe attentauerit eam opin. procedere etiam ſi ſiccubuit, quando litigauit cum creditoribus, diſtinguendo circa limitationem Angeli, vt vbi per eum. Nihilominus in iudicando non eſſet temrè recedendum ab opin. Angeli, qui ſolet appellari doctor iudicum, teſte Caſſan. conſ.53.nu.9. vbi inquit, quod Angel.fuit verus Angelus quoad Iudices, quem ſequi debent Iudices: ſicut legitur, cum ſit doctor Iudicũ propter veritatem, & æquitatẽ, quam ſemper habuit præ oculis: & ita ego iudicaui vnà cum alijs DD. Coauditoribus Fot:Rlorent. nemine diſcentiente, in cauſa Mag. D.Iulij de Ricaſulis, & eius neptis, vt apparet ex ſententia, & motiuis.

De detractione autem dotium, trebellianicæ, & legitimæ, de quibus vulgo ſemper & vbiq; tractari ſolet, dictum fuit ſuperius ſuis locis. q.46. 48.49.

CHRISTI NOMINE REPETITO, ETC.

DECLARAMVS, & pronunciamus eueniſſe caſum prędicti fideicommiſſi, & ſucceſſiuè dictum reum teneri, & obligatum eſſe: & ita eum condemnamus ad reſtituendum, dimittendum, & relaxandum dictis actoribus ſupraſcripta bona petita, tanquam eis debita ex cauſa ſubſtitutionis, & fideicommiſſi prædicti: vnà cum fructibus à tempore litis cõteſtatæ perceptis per dictum Reum. Deductis tamen per dictum Reum de iure deducendis, in executione huius noſtræ liquidandis, vnà cum fructibus prædictis: omni meliori modo, &c. victum, &c.

Variari tamen poterit, & debebit forma ſententiæ, ſecundum varias circunſtantias facti, prout etiam dictum eſt ſuperius poſt formam libelli.

FORMAM ſententiæ fideicommiſſariæ poſuit Petr.Iacob.in ſua praxi, Rub.de compendioſa, quæ fit a pagano, in fin.iuxta formam libelli per eũ poſitam in Rub.de fideicommiſſaria hæreditatis petitione, de qua facta eſt mentio ſuperius poſt noſtrum libellum. Et trãſcripſit Herman.Eeren. in tract.de formandis libellis cap.81. libellus: faciunt dicta inferius.q.70.

Eueniſſe caſum prædicti fideicommiſſi.

SEXAGESIMOOCTAVO, quæritur, an ſit neceſſaria ſupraſcripta declaratio. Reſpond. Non memini me legere iure cautum. Nihilominus

vidi ſemper, & vbiq; locorum ita in ſententijs fideicõmiſſarijs obſeruari, vnde minimè mutanda, &c. & ab antiqua, & communi practica temerè non eſt recedendum. Nam & Petr. Iac. in ſua forma ſententię proximè allegata poſuit expreſsè, Declaramus dictum actorem eſſe fideicommiſſarium hæredem dicti Titij teſtatoris, &c. Et arbiter ille in ſua ſententia relata a Barbat. conſ. 3. col. 3. verſ. pronunciauit dictum Contem ſine hæredibus deceſſiſſe, lib. 4. vbi videtur conſuluiſſe Florentiæ ſuper fideicom. de Tarlatis: & Iudex ille in ſua ſententia relata à Roy. conſ. 28. 138. lib. 5. vbi conſuluit Florentiæ ſuper fideicom. de Tarlatis.

Sed in. c. Raynutius. de teſtam. fuit omiſſa in illa ſententia Cardinalis: omiſit eam & Bal. in. l. filium. nu. 36. C. famil. herciſ.

Ad reſtituendum, &c.

SEXAGESIMONONO, quæritur ſuper quo ſit fundata concluſio noſtræ ſententiæ. Reſpond. Super verbis tex. c. Raynutius. verſ. in reſtitutione bonorum Raynutij condemnauit, &c, de teſtam. prout & ſuperius. q. 60. dictum eſt de concluſione libelli, cui ſententia debet conformari.

Vnà cum fructibus, &c.

DE HIS dictum eſt ſuperius poſt libellum. q. 61.

Deductis tamen deducendis in executione, &c.

SEPTVAGESIMO, quæritur, an valeat huiuſmodi ſententia incerta, & reſeruatoria. Reſpond. In tex. c. Raynutius. verſ. deducta, &c. de teſta. apparet facta quædam declaratio eorum, quæ veniebant de iure deducẽda per reum condemnatum ad reſtituendum bona. Bal. autem in. l. filium. nu. 36. verſ. ſed vlterius quęritur. C. famil. hercíſ. ſic inquit ad propoſitum: videlicet, Sed vlterius quæritur, quando petitur reſtitutio fideicommiſſi vniuerſalis, vtrum procedat incerta ſententia, verbi gratia, dicit Iudex, Pronuncio tibi fideicom. reſtituendum, deducta legitima, & trebellianica, in qua trebellianica fructus poſt moram perceptos iubeo imputari. Nec aliter declarat Iudex quantitatem. Reſpond. quòd quia eſt iudicium vniuerſale, procedit iſta incerta ſententia, & certificabitur tempore executionis: iſte eſt caſus not. in. d. c. Raynutius. §. cum autem hæc ibi Bal. quem Mattheſ. ibi in fin. ſic refert, videlicet, Item Bal. hic in. 12. q. dicit, quòd quando petitur reſtitutio fideicommiſſi vniuerſalis valet ſententia incerta de reſtituendo fideicom. deducta legitima, & trebellianica. Et certificabitur

tificabitur quantitas tempore executionis, vt in.c.Raynutius.§. cum autem.extra de teſtam.Sed de hoc vide in.l.ait prætor.§.j.ff.de re iudi.& in l.2.&ibi gloſ.& Bar.C.de ſentent. quæ ſine cert.quant. &.l.j.ff. de eden. Hæc ille. ad quæ etiam Fabian.in authen.nouiſſima.C. de inoffic.teſtam.

Sed de hoc puncto poſſet videri etiam Barbat. conſ.3. col.5.7.lib.4. vbi conſuluit Florentiæ ſuper fideicom. de Tarlatis Roy.conſ.38.138. lib.5.vbi principaliter cõſuluit ſuper hoc puncto. Vtrum ſententia ſit nulla in ea parte, in qua fuit declaratum fideicom. reſpectu domorũ, de quibus in teſtamento, & fideicom.ceſſiſſe, & veniſſe ad fauorem ipſorum agentiũ: & domos, & caſamẽta, de quibus in eo teſtamento, deberi prædictis agentibus, reſeruato iure in executione ſententiæ declarandi, quæ ſint domus, & caſamenta dicto fideicom. ſubiecta, vbi & quatenus probatum ſit, quæ ſint domus, & caſamenta prædicta: & vbi reſtaret aliquid probandum, vel clarè probatum non eſſet, quæ domus, & caſamenta eſſent ſubiecta, vt ſupra. Reſeruatur prædictis de Taccolis ius probandi in executione ſententiæ circa prædicta, & clarius oſtendendi, &c. vbi Roy. conſuluit Florentiæ ſuper fideicom.de Taccolis: facit idem Roy.cõſ.12. nu.35.verſ.nec obſt.iuncto nu.39.verſ.non obſt.lib.3.vbi conſuluit Vicentiæ:& illo caſu Curt,Iun.cõſ.179.nu.6.verſ.accedit. & de inualiditate ſententiæ condemnatoriæ reſeruata facultate probandi infra terminum. Guid.Pap.deciſ.67.& de validitate Franc.Marc.deciſ.410.in.2.par.& an à ſententia reſeruante poſſit appellari, tradit Bal. conſ.140. nouum dubium, lib.3.in antiq. faciunt dicta in ſeq.q.

SEPTVAGESIMOPRIMO, quæritur,an fieri poſſit executio ſententiæ reſeruatoriæ. Reſpond. Soc.Iun.conſ.67.nu. 19.lib.2. diſtinguit: ſed dum inquit, quòd non ſolet impediri executio ſententiæ per reſeruationem iurium in ea factam, allegando conſ.Bal.videndus erit Bal.in d.conſ. quia id ſimpliciter non videtur dicere. Et quoniam in illa cauſa ardua reſpondit etiam Zaſi. conſ.j.lib.2. Dec.conſ.516.& ſeq. Roy.conſ.22.40. lib.j. Gozad.conſ.50,ideò circa hunc punctum videri poſſet Dec.d. cõſ. 517.verſ.nu.8.& ſeq. Gozad.d.conſ.50.nu.17. Roy.d.conſ.22.nu.8. & ſeq.Corn.conſ.235.in fin.lib.3.Facit Soc.l.pecuniam. nu.10. & ſeq.ff.ſi cert.pet.quem refert, & ſequitur Rebuff.in tract de literis oblig. fol.87. Tomo.j.refert Gram.deciſ.58.nu.11.de quo per Alciat.conſ.130.nu.5. & conſ.86.nu.4.Galleſ. cap.de vi inſtrumenti obligationis cameralis nu. 3.verſ.tamen. Mandoſ.ſuper Reg.Cancel.32.q.18.nu.27. Cephal.conſ. 133.nu.36.Aret.conſ.136.vbi contra: cum ſimilibus congeſtis à Tiraq. de Retract.conuent.§.2. gloſ.j.nu.74. Iaſ.conſ.100.lib.4. vbi conſuluit Florent. Facit in terminis Dec.conſ.385.col.2.verſ. & hoc maximè. vbi conſuluit Florent. & refert tenorem ſententiæ primi Iudicis, vbi diceba-

tur,

tur, quòd tenuta eſt nulla, quia intentio non eſt tali modo probata, quòd poſſit haberi certitudo, quæ ſint bona, quæ fideic om. ſubiaceant, & rei abſoluuntur cum reſeruatione iterum agendi: refert; etiam tenorem tertiæ ſententiæ, quòd effectus tenutæ ſuſpenditur donec in alio iudicio pro parte agentium fuerit facta clara probatio de bonis fideicom.&c. Et illo caſu conſuluit etiam Roy.conſ. 14.lib.5.Soc.Iun.conſ. 18.lib.j.vbi principaliter tradunt quomodo illæ ſententiæ dicerentur conformes. Ad materiam huius.q.faciunt tradita ſuperius.q.66.de melioramentis, & ibi dictis addi poſſet Bard. in tract. de temp.vtil. & contin.cap.13.nu.5.verſ. quod procedit etiam.

SEPTVAGESIMOSECVNDO, quæritur, an ſententia lata contra hæredem noceat fideicommiſſario. Reſpond. Rip.l.filiusfam.§.diui.nu. 60.ff.de leg.j.atteſtatur eſſe com.opin.quòd ſententia lata contra prohibitum nocet fideicommiſſarijs, vbi tamen limitat, & nouiter infert, vt ibi per eum: eandem opin. ſequitur Rodor. Xuar. allegat.27. nu.3. Didac. egregiè in pract.qq. cap.13.nu.6.verſ. quamobrem. vbi poſt plenam diſcuſſionem inquit, ſibi potius placere hanc opin. quam exiſtimat magis communem eſſe, quicquid Dec.conſ.445.dixerit: & ibi reprobat illam limitationem, quòd non præiudicet niſi fideicommiſſarijs ſcientibus cauſam tractari, vt ibi per eum. Ad quæ faciunt tradita per Tiraq. in tract.res inter alios acta, &c.fol.9.verſ.hactenus ſatis. vbi loquitur circa illam limitationem de generali citatione, & tandem relinquit cogitandũ & de materia per eundem in tract.primig.q.35.nu.18.& de nobilit.q.37.nu.3.& ſeq. Alciat.autem conſ.617. nu.4.& conſ.506. nu.5. refert, & ſequitur aliam limitationẽ, quando appareret de colluſione: & idem tradit Claud. d.§.diui. nu.7.vbi quod poteſt probari colluſio etiã per hæredem ipſum, qui colluſerat, pro quo facit Guid.Pap. conſ.147.nu.5. Sed in terminis, in quibus conſuluit Alciat.d.conſ.506.erat caſus in.l.ſi ſponſus.§.ſi vxor ff.de donat. inter.vir. & vxor. & vlterius de materia poſſet videri Capyc. deciſ.107.Roy.conſ.140.lib.j.Neguſ.de pignor.fol.162.167.Hipp.l.de vno quoq; nu.96.ff.de re iud.Purpur.l.2.nu.105.C.de eden.Cephal.cõſ. 133.nu.83.& in ſpecie de fideicom. Padil.in.l.vnum.§. ſi de falcidia, fol. 371.ff.de leg.2.

Sed aduertendum erit ſignanter ad declarationem traditam per Soc. Iun.conſ.181.nu.89.5.lib.2.vbi cõſuluit Flor.ſuper fideicom.de Bardis de Aluernio: & præſuppoſita dicta opin.comm.declarat eam procedere poſſe quando ſententia fertur contra hæredem, ſecus quando contra ſubſtitutum, quia iſto caſu non præiudicabit ſequenti ſubſtituto, per conſ. Bal.ibi alleg.Nam Pinel.in.l.j.in.3.par.nu.48.verſ.ſed cõtraria opi.C.de bonis mat.dicens opin.prædictam in princ.eſſe veriorem, & receptiorẽ: poſtea

poſtea in verſ. Et prædictis, etiam infertur cauendum eſſe à Bal conſulente, dixit, quòd Baldum in dicto conſilio malè ſequitur Soc. Iun. d. conſ. 181. & contra dictam declarationem Soc. Iun. cõſuluit in illo caſu Alciat. conſ. 492. nu. 32. verſ. fortius videtur mihi. & col. fin. verſ. tertio nõ obſt. vbi latè inſiſtit in reſpondendo obiectis: & idem in d. §. diui. tradit, vbi tamen nouiter diſtinguit: & quoad. d. conſ. Bal. tandem inquit amplius eſſe deliberandum. Mihi ſemper placuit iſta declaratio Soc. Iun. pro qua eſt clarum conſ. Bal. in terminis, cuius maxima eſt auctoritas, & ita nouiſſimè, cùm eſſem Auditor Rotæ Florentinæ, iudicaui ſuper quodam fideicommiſſo de Pandolphinis.

Et poſtremò ſciendum eſt, quòd ſuper hoc principali, & quotidiano puncto, an ſententia contra hæredem noceat ſubſtituto, extat deciſ. Rot. Roman. nouiſſ. videlicet, quòd ſententia lata contra hæredem non præiudicat fideicommiſſario, non citato ſaltem citatione generali: quia citatio particularis non requiritur, licet ſententia in ſe valida ſit: & canonizarunt DD. in vna Nouarienſ. coram Puteo: & placuit etiam in vna Roman. coram eodem Puteo: ita habetur in Deciſ. Achillis. 325. vbi reſpond. contrarijs, maximè ad. l. ex contractu. ff. de re iud. & in deciſ. 46. vbi etiam loquitur de executione, quando fideicommiſſarius erat in poſſeſſione, dum lis ageretur, aliàs ſecus, licet reſpectu iuris ſententia illi nõ præiudicet, & refert Auguſt. in ſuo repertor. tit. de ſentent. & re iudic. nu. 34. verſ. vt ſententia: & ſimiles deciſiones habentur in deciſ. Put. ſub eod. tit. nu. 10. aliàs nu. 551. vbi tamen ſubditur aduertendum eſſe, quòd licet ſentẽtia non præiudicet, debet tamen appellari à die notitiæ, & ideò refertur tentum fuiſſe, quòd licet agitatum fuerit iudicium contra matrem, & tutricem fideicommiſſarij, non inferebatur, quòd filius habuerit notitiam: & illud iudicium non erat agitatum contra matrem, vti tutricem, refert Auguſt. in ſuo repertor. tit. de ſentent. & re iudic. nu. 30. verſ. ſententia contra hæredem non præiudicat. Quæ deciſio, quoad punctum de appellatione eſt maximè notanda, quoniam Alciat. in. d. conſ. 492. circa fin. verſ. quarto non obſt. tenebat expreſsè, quòd iſta opinio, vt fideicommiſſarius admittatur ad appellandum, non eſſet vera.

De tranſactione autem an valeat, & ei teneatur ſtare fideicommiſſarius Imol. in. l. ante reſtitutam. ff. de ſolut. tenet, quòd ſic, ſi eſt facta bonafide. quam deciſionem tanquam elegantem refert, & ſequitur Cephal. conſ. 261. num. 35. & de compromiſſo tradit Ioan. Baptiſta Peruſin. pronepos Bartoli in tract. de arbitr. & compromiſſ. cap. 16. nu. 6. verſ. reſtat. lib. 2. & cap. 15. lib. 13. Angel. conſ. 31. in fin. vbi conſuluit Florentiæ. Beltrand. conſ. 158. nu. 19. verſ. venio ad ſecundum. lib. 3. in antiq. Boër. deciſ. 147 nu. 6. Roy. conſ. 14. in fin. lib. 2. Et de tranſactione, & compromiſſo fi-

L deicommiſſarj

deicommiſſarij Beltrand. ſignanter conſ.36. in fin. lib.2. in antiq. Et de compromiſſo ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, an fieri poſſit, & debeat inter propinquos, ſtante ſtatuto, Blanc. in tract. de comproſſmiſs. in.4.q. nu.35. verſ. fideicommiſſaria. Butr. conſ.77. vbi conſuluit Florent. Barbat. conſ.3. lib.4. Bero. q.23. Et de inſtantia, an tranſeat in fideicommiſſariũ Soc. Iun. pulchrè conſ.34. lib.3. & deniq; quòd ſuper cauſa poſtulatę exe cutionis fideicommiſſorum non poſſit peti compromiſſum, Roman. conſ.262. conſuluit Florentiæ, vbi extat ſtatutum fauorabile fideicommiſſis, ſub rubr. ſpeciali de executione legatorum, permittens, quòd legata, & fideicommiſſa executioni mandentur, & mandari poſſint, quemadmodum inſtrumenta Guarantigiæ, vt dictum eſt ſupra poſt formam libelli, circa fin. cuius conſ. Romani meminit Blanc. loco præalleg. nu.12. verſ. executionis legatorum. Et quòd fideicommiſſa tandem executionem, ac effectum fauorabilem omni iure diuino, canonico, ciuili, & municipali vbiq; locorum habere, ac obtinere debeant, faciunt tradita per Dec. conſ.357.519.557. vbi olim conſuluit Florent. & conſ.361.456. vbi in ſimili conſuluit Genuæ: & conſ.403. vbi conſuluit Lucæ: Bero. in cap. quæ. nu.138. de conſtitut. Didac. variar. reſol. lib.3. cap.6. vbi egregiè reſoluit dubitationem illam, non rectè (vt ipſe ait) à Doct. examinatam, præſertim ab his, qui poteſtates Principum vltra, quàm deceat facillimè extendunt: ſcilicet, Quo pacto Princeps, vel Ciuitas habens iura Principis valeat tollere, aut mutare teſtatoris voluntatem, quo ad fideicommiſſa, aut maioratus. Hactenus noſtrum materiæ fideicommiſſariæ compendium: alia (fatemur) poterant ſubtexi longius. Verùm ea (vt ait Poeta) ipſe equidem ſpatijs diſcluſus iniquis prætereo, atque alijs poſt me memoranda relinquo.

Ad laudem DEI Opt. Max.

AVCTORIS ORATIO, HABITA IN INGRESSV PRAETVRAE BONONIENS. KAL. IVLII, M D LXIII.

SAEPE, ac diu mecum ipſe tacitus agitaui, Illuſtriſſime, ac Reuerendiſs. Præſul; Magnifici ac excelſi Magiſtratus; Ciues ornatiſſimi, cùm mihi nunciatum eſſet, me in ſequentem annũ Prætorem, idq; Bononiæ, fuiſſe deſignatum. plus me læti honoris; an grauis oneris hoc ingreſſu eſſem initurus, vel ſubiturus. Hæſitationis huius meæ rationem breuiter, vt tempus, locus, ac res patitur, exponam: quod cùm ex more, veteriq; inſtituto faciam, dicentem quęſo benignè, ac libenter audiatis, id quod à vobis omnibus me facilè impetraturum confido, fretus illa ſingulari humanitate veſtra, qua ſemper, & vbiq; erga omnes alios vti ſoletis. Honoris, atque ornamenti plurimũ hodierno die me initurum, ſumma quadam mei animi lætitia (cur enim diſſimulem?) reputabam his cauſis potiſſimũ duabus; vna ob ipſius dignitatis Prætoriæ titulum, quẽ apud antiquos illos Romanos in eo gradu poſitum legebam, vt penes eũ Magiſtratum omnis publici, priuatiq; iuris eſſet poteſtas: indeq; ob officij honorem ius appellaretur honorarium: Altera quidem potiore, ſcilicet, propter huius vrbis nomen, ſummamq; auctoritatem, quæ inter tot alias totius Italiæ egregias vrbes (Romam ſemper excipio) caput tantum extulit, excellet, ac ſupereminet, vt laude, fama, & gloria ſuperiorẽ, conceſſu omnium nullam habere videatur. Alias enim alijs dotibus quibuſdam ſuis peculiariter, ſigillatimq; eſſe ornatas homines non negant, at vnam ciuitatem Bononiam ornamentis illis omnibus, ob quæ laudantur vrbes, cumulatè, perfecteq; dotatam (bona pace aliarum) ad cœlum tollunt, paſſimq; prædicant, certè veriſſimis, ac iuſtiſſimis laudibus.

Hanc enim eſſe originis vetuſtate nobiliſſimam, principem metropolim Felſinam primùm à Rege Thuſco conditore, inde à ſucceſſore Bono Bononiam dictam, vt grauiſſimus inter alios auctor M. Cato de originibus olim memoriæ prodidit. Hanc magnitudine ampliſſimam: hanc latarum viarum directo ordine, porticibus ampliſs. imbrium, vmbrarũ, ac ſpaciandi gratia mirè commodis: ædium tùm ſacrarum, tùm publicarũ, tùm priuatarum, alta exteriore machina, apta interiore deſcriptione pulcherrimam. Hanc ſitu Italiæ optimo, aëris ſalubritate, quippè quæ Apenino montium ſaluberrimo (vtroq; Plinio teſte) ſubiaceat, & negociandi

opportunitate poſitam; veluti portam quandam, per quam nedum homines omnium quatuor regionum finitimarum, verùm etiam exterarum ac remotiſſimarum nationum tranſeant varias, magnaſq; merces vndique apportantes, ac exportantes: ideoq; refertam negociatorũ eſſe, plenam populi pulchri, robuſti, diuitis, numeroſi. Hanc præterea camporum vberrimorum bonitate, collium cultorum amœnitate, maiorum armentorum multiplici generoſitate, atq; omnium denique rerum ad victum, cultumq; hominum neceſſarium copia, atq; affluentia (raro quodam naturæ dono) ſemper fuiſſe dotatam, priſcis etiam illis ſæculis, priſcorum Romanorum ſcriptorum teſtimonio etiam tùm Bononiam proprio epitheto cultam appellantium, noſtra verò ætate rei experimento, vſuq; ipſo ſatis, ſuperq; docente, quando ſimul Clementem VII. Pont. Max. Carolum V. Imperatorem glorioſiſs. ad diem ſolennem coronandum, vtriuſq; Principis ampliſſimas aulas, tot Prælatos, tot duces, tot proceres, tot equites, tot pedites, tot deniq; aduenas vndiq; viſendi ſtudio ad rarum, pulchrũq; ſpectaculum toto terrarũ orbe confluentes, regali luxu ſplendida excepit, hyeme quã longa copioſè ſemper, opiparè, & apparatè confouit, ac in delitijs habuit: omnium gentium ſtupore, amborum ipſorum Principum, qui ſola magnitudine, ac maieſtate nominum ſuorũ, fronte graui, grandiq; ſupercilio totum orbem implent (hac vna tamen regia ſimul ambos capiente) læto, hilariq; applauſu. Vrbis Bononiæ ampliſſima, & ornatiſſima hæc videntur Fortunæ bona, at morum certè reſtant longè maiora. Iam primùm enim ſatis conſtat eandem ciuitatem Diuino cultui, veræq; Chriſtianæ religioni ſemper fuiſſe deditam: Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ deuotam: probant tot templa alta, ampla, ornata, ſancta & religioſa, tot egenorum loca pia, quæ paſſim conſpiciuntur; ſuppliciter, ac piè frequentantur. Hincq; eam meritò pace hac tanta, tam dulci, ac iucunda florere, ciues factionibus, ſeditionibuſq; diris illis, quibus aliquando miſerè vexabantur, dilacerabanturq; relictis, nunc vnione, & cõcordia lætari, & gaudere; nunc honoribus ampliſſimis, opibus quàm maximis creſcere, hoc quieto, ſecuro, tranquilliſſimo ciuitatis ſtatu perfui (Deo ſoli inquam, ac ſanctæ Apoſtolicæ Sedi gratiæ habendæ) ſanctitatis enim officia in Devm ciuitates conſeruant, & augent: nedum ipſius Sacræ Paginæ teſtimonio, verùm etiam diuini Platonis eo libro, quem de ſanctitate inſcripſit, ſanctiſſima ſententia: Diuino nanq; munere fieri, vt in animos ciuium temperatos Dei prouidentia boni ipſius intelligentiam, legeſq; ad id ducentes infundat: idem in Theage, & Menone diſputat, qui & regem ipſum ſacrum haberi cenſet in Epiſtolis: ſacerdotum enim rationẽ maximè intelligentia, & magnanimitate abundare, ideoq; apud Aegyptios nõ licuiſſe Regem abſq; ſacerdotio imperare, vt deniq;

idem Rex eſſet, & Sacerdos, idem Plato in libro de Regno latè refert, ac probat. Hinc ciuitatem Bononiam omnibus Magiſtratibus ad Rempub. quamuis bene gerendam opportunis, optima temperata textura ſapientiſſimè conſtitutam, & formatam. Eandem moribus illis ciuilibus, qui ad condiendam veram elegantem vrbanitatem pertinēt, (naturali quodam inſtinctu) præditam: In primis magnificentia, ſplendore, ac liberalitate, præſertim erga magnos Principes, ceteroſq; nobiles aduenas apertisſima hoſpitalitate, quæ virtus ei fuit ſemper peculiaris, atq; vnicè propria: virtus inquam rara, maximeq; laudabilis, quippe cùm apud antiquos Græcos legamus inter alias Iouis appellationes, Iouem ipſum hoſpitalem cognominatum: vnde finxit Homerus, Hoſpitalem Deum inter homines, qui iuſti pudoris participes ſunt, maximè verſari, refert in Sophiſta Plato, qui & in.xij. de legibus, aduenas benignè ſuſcipiendos præcepit. Hincq; etiam à Theophraſto laudata fuit hoſpitalitas: & rectè quidem iudicio M. Tullij.ij. officiorum lib. Eſt enim, vt ſibi videbatur, valdè decorem patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus: idque etiam eſſe Reipub. ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe non egere, eſſe etiam vehementer vtile his, qui honeſtè poſſe multa volunt per hoſpites apud exteros populos, & Reges valere opibus, & gratia. Eandem fortitudine, ac robore corporum, animorumq; inuictorum præſtare teſtes eſſe (præter multos populos, quos cōſultò prætereo) potentiſſimos Reges olim debellatos, victos, & captos, triumphaliterq; Bononiam deductos: vndè poſtea nulla quauis potentia, nullo auri pondere, vel menſura redimi potuere: ſed in captiuitate (illa tamen benigna, comi, & liberali, prout dignitatem Regiam decebat) vitam ſuam longam finiere. Quantum verò eadem literarum ſtudijs ſemper floruerit, publicè oſtendit Italiæ, immò orbis terrarum vetuſtiſſimum, nobiliſſimumq; ipſius vrbis Regiæ Gymnaſium; cuius ſacrum, venerandumq; Iuriſconſultorum Collegium, verè poteſt ſuo iure dicere, ſe eſſe vnde omnes populi conſilium expetant: vnde Reges, ac Imperatores pro eorum controuerſijs ſedandis, Iudices, Arbitroſq; ſibi ſumant, ac deligant. Quas ob res ſicut olim ciuitatem totius Græciæ celeberrimam Athenas illas omnium doctrinarum inuentrices, doctas meritò appellabant, ſic BONONIA DOCTA, legum genitrix, ſtudiorū, diſciplinarū, atq; bonarū artium omnium altrix, & magiſtra cognominari meruit. Sed quid loquor? aut vbi ſum? quid ego ſingula, quę ſunt notiſſima, colligo, & intēpeſtiuè nunc refero? quaſi verò ſimul omnes florētiſſimæ huius vrbis laudes, quarum ſingulæ per ſe latiſſimum dicendi campum præſtant, ſermone complecti, aut memoria proſequi velim; & (quod aiunt) in Solem clariſſimum lucem inferre quæram. Quis enim vnquam tanto flumine

ingenij,

ingenij, tanta eloquentia fuerit, vt non dicam exornare, ſed eas enumerare poſſit? Nunc (ſerò quidem) video me captum admiratione vrbis inclytæ, in quodam altum mare longius incautè prouectum, cautius enim (vt nunc opinor) feciſſem initio, ſi Timanthis pictoris illius exemplum imitatus, quæ exprimere non poteram, velo texiſſem: & quod de Carthagine Salluſtius olim putauit, de Bononia ſilere melius putaſſem, quàm parum dicere. Hactenus percurri, vt potui, honoris cauſas, nunc oneris conſequenter exponam: ita enim natura (neſcio quo pacto) comparatū eſt, vt onera, & honores eodem propè ſint confinio; lætitia, & anxietas; voluptas, & dolor; ceteræq; omnes animæ paſſiones in totius vitæ humanæ veluti Comœdia, & Tragœdia quadam (vt ſummatim dicam) ſem per commiſceantur: prout in Philibo, & Phædone latè generatim Plato diſputat: & in Alcibiade ſpeciatim de expetita, & parta Prætura probat. Oneris itaq; plurimum hac mea pretura me eſſe ſubiturum cogitabam, non equidem propterea, quòd iudicandi munus per ſe ſit graue adeò, quòd ſapiens ille in ſacris literis ſcriptum reliquerit, NOLI quærere fieri Iudex. Quodq; de Iudicibus aptiſſimè, veriſſimeq; vulgo dici ſoleat, eos eſſe quaſi ſignum poſitos ad ſagittas, frequenterq; odium multorum incurrere: proinde M. Tullius Flaccum defendēs dixerit, Præturæ iuriſditionem eſſe rem variam, & multiplicem ad ſuſpiciones, & ſimultates, & quæ ſequuntur: non deniq; propterea, quòd legerim Rhadamanthum illum in præmium iuſtorum laborum lucratum eſſe cognomentum duri: cùm tamen fuiſſet (Platone teſte) Iudex in primis peritus, & bonus: nō hæc, & id genus ſimilia (quamuis non leuia quidem multorū opinione) me onerant: abſit enim vt talia, præſertim de tam ſingulari ſapientia, atq; humanitate Bononienſium verear. Sed aliæ ſunt grauiores cogitationes, quæ verſantur in animo meo; aliæ ſunt curæ, quę me angunt, & premūt: nam hoc ego tam inſigne, tam ſingulare beneficium, & ornamentum in me collatum, cùm ad animi mei lætitiam, tùm præcipuè ad ſollicitudinē per maximum eſſe puto. Iam nunc enim cogito primum mihi eſſe curādum ne in hoc alto gradu locatus, indignus tanto honore, indignus tanto ornamento tandem euadam, expectationemq; de me conceptam defraudem. Cogito hunc eſſe Magiſtratum, cuius res geſtæ minimè occultæ atq; abditæ eſſe poſſunt, quippè qui in luce Italiæ, in oculis, ſermone, auribus multorum, & veluti in medio cuiuſdā theatri ampliſſimi, celeberrimi, eruditiſſimi ſit poſitus. Cogito mihi eſſe obſeruandum, vt litibus, & cauſis audiendis ſtudium aſſiduum, diligentiam vigilem, induſtriam ſolertem, laborem infractum perpetuò ponam: iudicandis verò ſecundum legum præſcripta, ſcientiam, integritatem, fidem, religionem adhibeam. Cogito me etiam, atq; etiam me meminiſſe opportere officij mei titulū, vt ſcilice

vt ſcilicet, negocia pupillorum, pauperum, miſerabiliumq; perſonarum æquè, ac potentis conſtanter ſine perſonarum acceptione, & diſcrimine pari lance expendam. Cogito deniq; imaginem illam Iuſtitiæ à Chryſippo aptè (teſte A. Gellio) pictam, & deſcriptam, mihi ſemper habendam ante oculos: ex cuius ſignificatione intelligi voluit, Iudicem, qui Iuſtitię miniſter eſt, opportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, abſtinentem, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos inexorabilem, erectum, atq; arduum; ſola vi, & maieſtate Iuſtitiæ æquitatis, & veritatis propè venerandum: ad quam quidem imaginem, & ſententiam Chryſippeam diuinũ etiam Platonem (mihi ſæpè, vt ille inquit, vocandum ad patres) video prius reſpexiſſe, qui in vltimo legum indicium ipſum virginem quandam pudicam eſſe, mendacio maximè inimicam finxit: quiq; in Politico Prætoris officiũ deſcribens, non aliud eſſe ſenſit, quàm vt circa cõtractus, negociaq; omnia quid iuſtum, quid non conſideret: & ad normam legũ, quas Rex ipſe condidit, reſpiciens, de ſingulis iudicet, propria virtute ſemper adhibita, per quã neq; muneribus, nec minis, nec odio, nec amore leges trangreſſus, lites diſſoluat. Difficilia, ardua, & verè onerosa hæc eſſe quis neget, niſi qui nõ diligẽter omnia reputarit? Habetis cauſas vtrinq; illius meæ hæſitationis, quã initio (vt illuc, vnde cępit, ſermo redeat) propoſueram. Nodum hunc fateor equidem ope mea, meiſq; viribus ſolui, ac explicari minimè poſſe. Sed in hac tanta rerum difficultate, tribus tamen me ipſe conſolor, & cohortor: Diuinum nanq; auxilium ſupplex ex animo in primis inuocabo, fretus promiſſione Prophetæ pręd icentis, Iacta cogitatum tuũ ſuper Dominũ, & ipſe te ſuffulciet: non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Deinde laudabilia veſtigia, & recentia viua exẽpla huius mei præſentis præceſſoris (quem honoris cauſa ego nomino, & quem ſic tota ciuitas intuetur, vt quendam ex annalium memoria, vel de cœlo demiſſum hominem, ſe in hac ſua Prætura geſſiſſe omnes putent) mihi ad imitandum præponam. Deniq; etiam habebo hos alios doctiſs. ac integerrimos Coauditores, quos mihi coadiutores, & ſocios omniũ onerum, & laborum dedit ipſa Reſpub. In quorum omniũ candida fide, ſincera beneuolentia, amabiliq; concordia, illa quidem collegis omnibus adeò neceſſaria, multum ſemper meritò poſuerim. Nam, prout Plutarchus vir doctiſs. & prudentiſs. in Politicis me admonet, perſanctè, perq; religioſè fecerim, ſi quoſcunq; Magiſtratus publicè geram, ſummo honore geram. Honos verò Magiſtratibus ille in primis habendus eſt, ſcilicet, concordia, atq; conſenſu collegarum, & quidem multò amplior, quàm qui comparatur impoſitione coronæ, atq; purpura, & auro contexta veſte. Hæc ille. Reliquum erit, vt ſuffultus Diuinis, humaniſq; his præſidijs, plenus ſpei bonæ, atq; animi eſſe debeam, omnia fauſtè, feliciter, proſpe-

proſpereq; mihi, Magiſtratuiq; meo euentura. Vtinam ea ita ſint ad laudem DEI Opt. Max. Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedis, & Mag. S.P.Q.B.

FINIS.

SEBASTIANI SANLEOLINI FLORENT.
DISTHICA IN MAG. DD. ROTAE FLORENTINAE, M D LXVI. LXVII. LXVIII.

De D. Petro Monaldenſi Vrbeuetano

QVAM ſit magna Senis prudentia, iuſta fatentur
Reſponſa, & Clario vera magis Tripode.

De D. Dario Raynerio Nurſino.

Docte DARI, Darium Perſarum nomine Regem
Iure refers, animus regius eſtq; tibi.

De D. Franciſco Marzario Vicentino.

Hinc florem, & fructum capias VICENTIA gaude,
Surgit ab arboribus ſurculus iſte tuis.

De D. Gaſpare Arſillo Senogallienſe,

GASPARIS Arſilli prudentia maxima nullo
Carmine claudetur, fortè nec Iliade.

De D. Curtio Petruccio Romano.

Aemulus antiquæ virtutis CVRTIVS altis
Litibus occurit, Romulidemq; gerit.

De D. Flauio Floriano Fulignate.

FLAVIVS eſt nomen, dant & cognomina flores,
Autumno expectes mitia poma ſuo.

ANT 131 9068